

Michael D. Elliot, January, 2011

1. This transcription of the *Collectio Dionysio-Hadriana* from Oxford, Bodleian Library, Hatton 42, was made for the *Carolingian Canon Law* project, and as such complies with the conventions stipulated by the project's guidelines (<http://ccl.rch.uky.edu/guidelines/guidelinestr.html>).
2. Suspensions and abbreviations have been resolved silently. Occasionally, these have been left unresolved, when there is some ambiguity as to word form/inflection.
3. Modern punctuation and capitlaization have been introduced.

Michael D. Elliot, January, 2011

[f. 142v] INCIPIUNT TITULI CANONUM APOSTOLORUM NUMERO L.

- I. De ordinatione episcopi.
- II. De ordinatione presbiteri, diaconi et ceterorum.
- III. Nihil aliud in sacrificio praeter quod dominus statuit offerendum.
- IIII. Quae species ad altare non ad sacrificium sed ad benedictionem simplicem debeant exhiberi.
- V. Quod ea quae in ecclesiis offerri non possunt ad domus sacerdotum a fidelibus deferantur.
- VI. Ut episcopus aut presbiter uxorem suam quam debet caste regere non relinquat.
- VII. Ut sacerdotes et ministri altaris saecularibus curis abstineant.
- VIII. Quo tempore pascha caelebretur.
- VIIII. Quod ministri altaris oblatione caelebrata debeant communicare.
- X. Quod fideles laici ingredienti ecclesiam communicare debeant.
- XI. Quod cum excommunicatis non sit orandum.
- XII. Ut nullus fidelium praeter commendatitias suscipiatur epistolas.
- XIII. Ut ab episcopis aliena parochia minime peruadat'.
- XIIII. Ut clerici proprias ecclesias non relinquant.
- XV. Ut episcopus qui clericos alterius susceperit communione priuetur.
- [f. 143r] XVI. Quod bigami non admittantur ad clerum.
- XVII. Quod is qui uiduam uel eiectam aut meretricem acceperit non admittatur ad clerum.
- XVIII. Qui duas sorores habuerit non admittatur ad clerum.
- XVIIII. Clericum fideiussorem esse non posse.
- XX. Quod hii qui non sponte eunuchizati sunt suscipiantur ad clerum.
- XXI. Ut is qui se eunuchizauit clericus non fiat.
- XXII. Ut clericus qui se eunuchizauit abiciatur a clero.
- XXIII. Ut laicus qui se eunuchizauit tribus annis communione priuetur.
- XXIIII. Quod episcopus aut presbiter aut diaconus, si pro criminibus damnati fuerint, minime communione priuentur.
- XXV. Similiter et reliqui ministri ecclesiae.
- XXVI. Qui clerici debeant coniugibus copulari.
- XXVII. Quod episcopus, presbiter et diaconus fideles peccantes uerberare non debeant.
- XXVIII. Quod officium pristinum damnati pro criminibus usurpare non debeant.
- XXVIIII. Quod non debeant officia ecclesia {*corr.* ecclesiastica} pecuniis obtineri.
- XXX. Ut ecclesia seculari potentia minime peruadat'.
- XXXI. De presbitero qui contempto episcopo seorsum conuentus congregare temptauerit.
- XXXII. Quod clerici dampnati non debeant ab ahus {*sic*} recipi.
- XXXIII. Ut nullus episcopus, presbiter aut diaconus sine commendaciis suscipiat' epistolis.
- [f. 143v] XXXIIII. De primatu episcoporum.
- XXXV. Quod non liceat episcopum in aliena prouincia clericos ordinare.
- XXXVI. De ordinatis episcopis nec receptis.
- XXXVII. Ut bis in anno concilia caelebrentur.
- XXXVIII. Ut tantum curam rerum ecclesiasticarum episcopus habeat.
- XXXVIIII. De dignitate pontificis et quod {*ras. quinque (?) litterae*} rerum suarum habeat potestatem.

Michael D. Elliot, January, 2011

**XL. Quod episcopus ecclesiasticarum rerum pro dispensatione pauperum habeat potestatem.**

**XLI. Quod episcopus, presbyter et diaconus aleator et ebriosus esse non debeat.**

**XLII. Similiter clerici et laici si permanserint in alea communione priuentur.**

**XLIII. Quod episcopus, presbyter et diaconus non debeant usuras accipere.**

**XLIII. Quod non debeat episcopus, presbyter aut diaconus cum hereticis orare.**

**XLV. Quod debeant hereticorum baptismata conprobari.**

**XLVI. Quod ecclesiae baptismate baptizatus denuo baptizari non debeat, et non ita baptizatus debeat baptizari.**

**XLVII. Laicum pellentem suam coniugem communione priuandum.**

**XLVIII. Quod in nomine trinitatis debeat baptizari.**

**XLVIII. Quod non debeat una mersio in baptismate quasi in morte domini prouenire.**

EXPLICIUNT TITULI CANONUM APOSTOLORUM.<sup>1</sup>

[f. 144r] INCIPIUNT ECCLESIASTICÆ REGULÆ SANCTORUM APOSTOLORUM prolatę per Clementem ecclesiae Romanę pontificem, quae ex gregis exemplaribus in ordine primo ponuntur. Quibusquam plurimi quidem consensum non praebuere facile, et tamen postea quaedam constituta pontificum ex ipsis canonibus adsumpta esse uidentur.

**INCIPIUNT CANONES APOSTOLORUM.**

**De ordinatione episcopi.**

Episcopus a duobus aut tribus episcopis ordinetur.

**De ordinatione presbiterorum et diaconorum uel ceterorum.**

Praesbiter ab uno episcopo ordinetur et diaconus et reliqui clerici.

**Nihil aliud in sacrificio praeter quod dominus statuit offerendum.**

Si quis episcopus aut praesbiter propter {*corr.* praeter} ordinationem domini alia quaedam in sacrificio offerat super altare, id est aut mel aut lac aut pro uino sicera et confecta quaedam aut uolatilia aut animalia aliqua aut legumina, contra constitutionem domini faciens, congruo tempore deponatur.

**Quæ species ad altare non ad sacrificium sed ad benedictionem simplicem debeant exhiberi.**

Offerri non liceat aliqui {*corr.* aliquid} ad altare praeter nouas spicas et uuas et oleum ad luminaria et timiama, id est incensum, tempore quo sancta celebratur oblatio.

**Quod ea quę in ecclesiis offerri non possunt ad domus sacerdotum a fidelibus deferantur.**

[f. 144v] Reliqua poma omnia ad domum {*add. s.l.* sacerdotis} primitiae episcopo et praesbiteris dirigantur, nec offerantur in altari. Certum est autem quod episcopus et presbiteri diuidant diaconis et reliquis clericis.

<sup>1</sup> *do not display*: apostolorum] I[NCIPIV]NT [TI]T[VLI CANON]VM NIC[AENI CONSILII] NVMERO XX *add., postea ras.*  
HI

Michael D. Elliot, January, 2011

**Ut episcopus aut praesbiter uxorem suam quam debet caste regere non relinquat.**

VI. Episcopus aut presbiter uxorem propriam nequaquam sub optentu religionis abiciat. Si uero reiecerit, excommunicetur. Sed si perseuerauerit, deiciatur.

**Ut sacerdotes et ministri altaris secularibus curis abstineant.**

VII. Episcopus aut presbiter aut diaconus nequaquam seculares curas adsumat, sin aliter deiciatur.

**Quo tempore pascha caelebretur.**

VIII. Si quis episcopus aut presbiter aut diaconus sanctum paschæ diem ante uernale aequi noctium {*corr.* aequinoctium} cum Iudæis caelebrauerit, abiciatur.

**Quod ministri altaris oblatione caelebrata debeant communicare.**

VIII. Si quis ep̄s aut presbiter aut diaconus uel quilibet ex sacerdotali cathologo {*corr.* cathalogo} facta oblatione non communicauerit, aut causam dicat, aut {*corr.* ut} si rationabilis fuerit ueniam consequatur, aut si non dixerit communionem priuetur, tamquam qui populo causa lesionis extiterit, dans suspicionem de eo qui sacrificauit quod recte non obtulerit.

**Quod fideles laici ingredienti ecclesiam communicare debeant.**

[f. 145r] X. Omnes fideles qui ingrediuntur ecclesiam et scripturas audiunt, non autem perseuerant in oratione nec sanctam communionem percipiunt, uelut inquietudinis {*corr.* inquietudines} ecclesiae comouentes, conuenit communionem priuari.

**Quod cum excommunicatis non sit orandum.**

XI. Si quis {*add. s.l.* cum} excommunicato saltim in domo simul orauerit, iste communionem priuetur.

**Quod<sup>2</sup> cum dampnatis clericis non sit orandum.**

XII. Si quis cum dampnato clerico ueluti cum clerico simul orauerit, iste dampnetur.

**Ut nullus fidelium praeter commendac<unclear>ia</unclear>s {*corr.* commendaticias} suscipiatur epistolas.**

XIII. Si quis clericus aut laicus a communionem suspensus seu communicans ad aliam properet ciuitatem et suscipiatur praeter commendatias litteras, et qui susceperunt et qui susceptus est communionem priuentur. Excommunicato uero proteletur ipsa correptio, tamquam qui mentitus sit et ecclesiam dei seduxerit.

**Ut ab episcopis aliena parroechia {*corr.* parroechia} minime peruadatur.**

XIII. Episcopo non licere alienam parroechiam {*corr.* parroechiam} propria relictam peruadere, licet cogatur a plurimis, nisi forte quis eum rationabilis {*corr.* rationabili} causa compellat, tamquam qui possit ibidem constitutus plus lucri conferre et in causa religionis aliquid profectus prospicere. Et hoc non a semetipso pertemptet, sed multorum episcoporum iudicio et maxima supplicatione perficiat.

[f. 145v] **Ut clerici proprias ecclesias non relinquant.**

---

<sup>2</sup> *do not display: titulorum registro hic canon deest*

Michael D. Elliot, January, 2011

XV. Si quis presbiter aut diaconus aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parroechiam {*corr.* parroechiam} pergat ad alienam, et omnino demigrans praeter episcopi sui conscientiam in aliena parroechia {*corr.* parroechia} commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur, praecipue si uocatus ab episcopo redire contempserit, in sua inquietudine perseuerans. Uerumtamen tamquam laicus ibi communicet.

**Ut episcopus qui clericus alterius suscepit communionem priuetur.**

XVI. Episcopus uero apud quem memoratus {*corr.* dememoratos clericos alterius} esse constiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans tamquam clericos fortes suscepit, uelut magister inquietudinis communionem priuetur.

**Quod bigami non admitantur ad clerum.**

XVII. Si quis post baptismum secundis fuerit nuptis {*corr.* nuptiis} copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse episcopus non presbiter aut diaconus aut prorsus ex numero eorum qui ministerio sacro deseruiunt.

**Quod is qui uiduam uel eiectam aut meretricem acceperit non admittatur ad clerum.**

XVIII. Si quis uiduam et eiectam acceperit aut meretricem aut ancillam uel aliquam de his quae publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus aut presbiter aut diaconus aut ex eo numero qui ministerio sacro deseruiunt.

[f. 146r] **Qui duas sorores habuerit non admittatur ad clerum.**

XVIII. Qui duas in coniugium sorores acceperit uel filiam fratris clericus esse non poterit.

**Clericum fideiussorem esse non posse.**

XX. Clericus fidei iussionibus {*corr.* fidei iussionibus} inseruiens abiciatur.

**Quod hii qui non ex sponte eunuchizati sunt suscipiantur ad clerum.**

XXI. Eunuchus si per insidias hominum factus est, uel si in persecutionem {*corr.* persecutionem} eius sunt amputata uirilia, uel si ita natus est, et est dignus, efficiatur episcopus.

**Ut is qui se eunuchizauit clericus non fiat.**

XXII. Si quis abscidit semetipsum, id est si quis amputauit sibi uirilia non fiat clericus, quia sui homicida est et dei conditionis inimicus.

**Ut clericus qui se eunuchizauit abiciatur a chero {sic}.**

XXIII. Si quis cum clericus fuerit absciderit semetipsum, omnino dampnætur quia suus {*corr.* sui} est homicida.

**Ut laicus qui se eunuchizauit tribus annis communionem priuetur.**

XXIII. Laicus semetipsum abscidens annis tribus communionem priuetur, quia suae uitae insidiatur extitit.

**Quod episcopus aut presbiter aut diaconus si pro criminibus dampnati fuerint minime communionem priuentur.**

Michael D. Elliot, January, 2011

XXV. Episcopus aūt presbiter aut diaconus qui in fornicatione aut periurio aut furtu captus est deponatur, non tamen communione [f. 146v] priuetur. Dicit enim scriptura: non uindicabit dominus bis in idipsum.

**Similiter et reliqui ministri ecclesiae.**

XXVI. Similiter et reliqui clerici huic conditioni subiaceant.

**Qui clerici debeant coniugibus copulari.**

XXVII. Innuptis autem qui ad clerum proeucti sunt praecipimus ut, si uoluerint uxores, accipiant, sed lectores cantoresque tantummodo.

**Quod episcopus, presbiter et diaconus peccantes fideles uerberare non debeant.**

XXVIII. Episcopum aut presbiterum aut diaconum percutientem fideles delinquentes aut infideles inique agentes, et per huiusmodi uolentem timeri, deici ab officio suo praecipimus, quia nusquam uos hoc dominus docuit. Econtrario uero ipse cum percuteretur non repercutiebat. cum malediceretur non remaledicebat, cum pateretur non comminabatur.

**Quod officium pristinum dampnati pro criminibus usurpare non debeant.**

XXVIII. Si quis episcopus aut presbiter aut diaconus depositus iuste super certis criminibus ausus fuerit adrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab ecclesia penitus abscidatur.

**Quod non debeant officia ecclesiastica pecuniis obtineri.**

XXX. Si quis episcopus aut presbiter aut diaconus per percurias hanc obtinuerit dignitatem, deiciatur et ipse et ordinatur {*corr.* ordinator} eius et a communione modis omnibus abscidatur, sicut Symon magus a Petro.

[f. 147r] **Ut ecclesia seculari potentia minime peruadatur.**

XXXI. Si quis episcopus secularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur et segregentur omnes quaeque {*corr.* quique} illi communicant.

**De presbitero qui contemptu episcopo seorsum conuentus congregare temptauerit.**

XXXII. Si quis presbiter contempnens episcopum suum seorsum collegerit et altare aliud erexit {*corr.* erexerit}, nihil habens quod repraehendat episcopum in causam pietatis et iustitiae, deponatur quasi principatus amatur existens. Est enim tyrannus, et ceteri clerici, quicumque tali consentiunt. Laici uero segregentur. Haec autem post unam et secundam et testiam episcopi obsecrationem fieri conueniat.

**Quod clerici damnati non debeant ab aliis recipi.**

XXXIII. Si quis presbiter aut diaconus ab episcopo suo segregetur, hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eum sequaestruerat, nisi forsitan obierit episcopus ipse qui eum segregasse cognoscitur.

**Ut nullus episcopus, presbiter aut diaconus sine commendatitiis suscipiatur epistolis {*corr.* epistvlis}.**

XXXV. Nullus episcoporum peregrinorum aut praesbiterorum aut diaconorum sine commendatitiis suscipiatur epistolis {*corr.* epistvlis}, et cum scriptura {*gl. s.l.* scripta} detulerint

Michael D. Elliot, January, 2011

discutiantur adtentius, et ita suscipiantur. Si praedicatores pietatis extiterint minus, ne quæ necessaria subministrentur eis et ad communionem nullatenus admittantur, quia per subreptionem multa proueniunt.

### **De primatu episcoporum.**

[f. 147v] Ep̄is gentium singularum scire conuenit, quis inter eos primus habeatur quem uelut caput existiment, et nihil amplius praeter eius conscientiam gerant quam illa sola singuli quae parochiae propriae, et uillis quae sub ea sunt, competunt. Sed nec ille praeter omnium conscientiam faciat aliquid, sic enim unanimitas erit et gloriabitur deus per Christum in spiritu sancto.

### **Quod non liceat episcopum in aliena prouincia clericos ordinare.**

XXXVI. Episcopum non audere extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus et uillis quae illi nullo iure subiectae sunt. Si uero conuictus fuerit hoc fecisse praeter eorum conscientiam qui ciuitates ipsas et uillas detinent, et ipse deponatur et qui ab illo sunt ordinati.

### **De ordinatis episcopis nec receptis {corr. recipiendis}.**

XXXVII. Si quis episcopus non susceperit officium et curam populi sibi commissam, hic communione priuetur quoadusque consentiat oboedientiam commendans. Similiter autem et presbiter et diaconus. Si uero perrexit nec receptus fuerit non pro sua sententia {gl. s.l. id est culpa} sed pro malitia populi, ipse quidem maneat episcopus. Clerici uero ciuitatis communione priuentur, quod eruditores inoboedientis populi non fuerunt.

### **Ut bis in anno concilia caelebrentur.**

XXXVIII. Bis in anno episcoporum concilia caelebrentur ut inter se inuicem dogmata pietatis explorent et emergentes ecclesiasticas contentiones amoueant. Semel quidem quarta septimana {add. s.l. post} pentecostes, secundo uero duodecimo die mensis hyperberetei, id est iuxta [f. 148r] Romanos IIII ides octobres {corr. octobris}.

### **Ut tantum curam rerum ecclesiasticarum episcopus habeat.**

XXXVIII. Omnium negotiorum {corr. negotiorum} ecclesia<sup>3</sup> sticorum curam episcopus habeat, et ea uelud deo contemplante dispenset, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere aut parentibus propriis quae dei sunt condonare. Quod si pauperes sunt, tamquam pauperibus subministret, nec eorum occasione ecclesiae negotia depraedentur.

### **Degnitatem {corr. de dignitate} pontificis et quod rerum suarum habeat potestatem.**

XL. Presbiteri et diaconi praeter episcopum nihil agere pertentent, nam domini populus ipsi commissus est et pro animabus eorum hic redditurus est rationem. Sint autem manifeste res propriae episcopi, si tamen habeat proprias, et manifeste dominicae, ut potestatem habeat de propriis moriens episcopus sicut uoluerit et quibus uoluerit derelinquere, ne sub occasione ecclesiasticarum {add. s.l. et re} rerum quae episcopi esse probantur interdicant. Fortassis enim aut uxorem habet aut filios aut propinquos aut seruos. Et iustum est hoc apud deum et homines ut nec ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis, nec ep̄isco {corr. episcopus} uel eius propinqui sub optentu ecclesiae proscribantur et in causas incidant qui deum {corr. quæ ad eum} pertinent, morsque eius iniuriis malae famae subiciatur.

<sup>3</sup> *display: ecclesia... sticorum] duo litt. ras. post ecclesia; ecclesia et sticorum postea coniunct.*

Michael D. Elliot, January, 2011

**Quod episcopus ecclesiasticarum rerum pro dispensatione pauperum habeat potestatem.**

XLI. Praecipimus ut in potestate sua episcopus ecclesiae res habeat. Si enim animę hominum prætiosæ illi sunt [f. 148v] creditę, multo magis oportet eum curam pecuniarum genere. Ita ut potestate eius indigentibus omnia dispentur {*corr.* dispensentur} per praesbiteros {*corr.* praesbyteros} et diaconos et cum timore omnique sollicitudine ministrentur. Ex his autem quae {*corr.* quibus} indiget ad suas necessitates et ad peregrinorum fratrum usus, et ipse percipiat ut nihil eis possit omnino deesse. Lex enim dei praecipit ut qui altari deseruiunt de altari pascantur, quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustollit {*corr.* sustullit}.

**Quod episcopus, presbiter et diaconus aleator et ebriosus esse non debeat.**

XLII. Episcopus aut presbiter aut diaconus aleae atque ebrietati deseruiens aut desinat aut certe damnetur.

**Similiter clerici et laici, si permanserint in alea, communione priuentur.**

XLIII. Subdiaconus aut lector aut cantor similia faciens aut desinat aut communione priuetur. Similiter etiam laicus.

**Quod episcopus, presbiter aut diaconus non debeat usuras accipere.**

XLIII. Episcopus aut presbiter aut diaconus usuras a debitoribus exigens aut desinat aut certe damnetur.

**Quod non debeat episcopus, presbiter aut diaconus cum hereticis orare.**

XLV. Episcopus, presbiter et diaconus qui cum hereticis orauerit tantummodo communione priuetur. Si uero tamquam clericus hortatus eos fuerit agere uel orare, damnetur.

**Quod non debeant hereticorum baptismata conprobari.**

[f. 149r] Episcopum aut presbiterum hereticorum suscipientem baptismata dampnari praecipimus. Que enim conuentio Christi ad Belial, aut quae pars fidelis cum infidele?

**Quod ecclesiae baptismate baptizatus denuo baptizari non debeat, et non ita baptizatus debeat baptizari.**

XLVII. Episcopus aut presbiter, si eum qui secundum ueritatem habuerit baptismata denuo baptizauerit, aut si pollutum ab impiis non baptizauerit, deponatur tamquam deridens crucem et mortem domini, nec sacerdotes a falsis sacerdotibus iure discernens.

**Laicum pellentem suam coniugem communione priuandum.**

XLVIII. Si quis laicus uxorem propriam pellens alteram uel ab alio dimissam duxerit, communione priuetur.

**Quod in nomine trinitatis debeat baptizari.**

XLVIII. Si quis episcopus aut presbiter iuxta praeceptum domini non baptizauerit in nomine {*ras.* domini} patris et filii et spritus sancti, sed in tribus sine initio principii {*corr.* principii}, aut in tribus filiis, aut in tribus paraclitis, abiciatur.

**Quod non debeat una mersio in baptismate, quasi in morte domini, prouenire.**



Michael D. Elliot, January, 2011

L. Si quis episcopus aūt presbiter non trinam mersionem unius mysterii caelebret sed semel mergat in baptisate, quod dari uidetur in domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis dominus: in morte mea baptizate, sed: euntes docete omnes gentes, [f. 149v] baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti.

EXPLICIT CANONES APOSTOLORVM.

INCIPIVNT TITVLI CANONVM NICAENI CONSILII NVMERO XX.

**I. De eunuchis et qui seipsos absciderunt.**

**II. De his qui ex gentilibus post baptismum ad clericatus ordinem promouentur.**

**III. De subintroductis mulieribus.**

**III. De his qui ad episcopatum in prouinciis prouentur.**

**V. De excommunicatis.**

**VI. De priuilegiis quae quibusdam ciuitatibus competunt.**

**VII. De episcopo Heliae, id est Hierosolimorum.**

**VIII. De his qui dicuntur Catharoe, id est mundi.**

**VIII. De his qui ad honorem praesbiterii sine examine prouecti sunt.**

**X. De his qui in persecutionibus negauerunt et postmodum in clero promoti sunt.**

**XI. De laicis qui negauerunt.**

**XII. De his qui abrenuntiauerunt et iterum ad secundum sunt regressi.**

**XIII. De his qui communionem tempore mortis exposcunt.**

**XIII. De caticuminis lapsis.**

**XV. Quod non oporteat demigrari.**

**XVI. De his qui in ecclesiis in quibus prouecti sunt minime perdurauerunt.**

[f. 150r] **XVII. De clericis usuras accipientibus.**

**XVIII. De priuilegiis praesbyterorum.**

**XVIII. De his quia Paulosa Mosateno ad ecclesiam ueniunt.**

**XX. De flectendo ienu {sic}.**

INCIPIVNT CONSTITVTIO ET FIDES NICEEni consilii cum subditis capitulis suis.

Facta est autem haec synodus apud Niceam Bithiniae consulatu Constantini augusti et Licinii, XIII kalendarum Iuliarum, qui est apud Grecos XVIII dies mensis eorum, secundum Alexandriam XXXI. Et placuit ut haec omnia mitterentur ad episcopum urbis Romae Siluestrium {corr. Siluestrum}.

Credimus in unum deum patrem omnipotentem, omnium uisibilium necnon et inuisibilium factorem, et in unum dominum nostrum Iesum Christum filium dei, natum ex patre unigenitum, hoc est ex substantia patris, deum ex deo lumen ex lumine deum uerum ex deo uero natum non creatum homo usion {corr. homousion}, hoc est eiusdem cum patre substantiae, per quem omnia facta sunt caelestia et terrena, qui propter nos homines et propter salutem nostram descendit et incarnatus est et homo factus, passus est et resurrexit tertia die, ascendit in caelum, uenturus inde iudicare uiuos et mortuos, et in spiritum sanctum.

Eos autem qui dicunt: erat tempus quando non erat, et: priusquam [f. 150v] nasceretur non erat, et quia nullis subsistentibus factus est, aut ex alia substantia uel essentia dicunt esse

Michael D. Elliot, January, 2011

trepton, hoc est conuertibilem aut mutabilem filium dei, anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

### **Incipit praefatio suprascripti concilii.**

COncilium sacrum uenerandi culmina iuris  
 Condidit et nobis congrua frena dedit,  
 Ut bene fundatus iusto moderamine possit,  
 Intemerata gerens, clericis {*corr.* clericus} ordo regi.  
 Pontifices summi ueterum praecepta sequentes  
 Planius haec monitis exposuere suis.  
 Hinc fidei nostrae se pendit semita et omnes  
 Errorum damnant dogmata sancta uias.  
 Quisque dei famulus fuerit Christique sacerdos,  
 Hoc sale conditus, dulcia mella fluit.

### **De eunuchis et qui seipsos absciderunt.**

I. Si quis a medicis per languorem defectus {*corr.* desectus} est aut a barbaris abscisus, hic in clero permaneat. Si quis autem se sanus abscidit, hunc et in clero constitutum abstinere conueniet et deinceps nullum haberet {*corr.* deberet} alium promoueri. Sicut autem hoc claret, quod de his qui rem hanc affectant audentque semetipsos abscidere, dictum sit: sic eos {*corr.* hii} quos aut barbari aut domini castrauerunt, inueniuntur autem alias dignissimi; tales ad clerum suscipit regula.

### **De his qui ex gentilibus post baptisma ad clericatus ordinem promouentur.**

[f. 151r] II. Quoniam plura, aut per necessitatem aut alias cogentibus hominibus, aduersus ecclesiasticam facta sunt regulam, ita ut homines ex gentili uita nuper accedentes ad fidem, et instructus breui tempore mox ad lauacrum spiritale perduceret {*corr.* perducerent}, simulque baptizati sunt ad episcopatum uel praesbiterium promouerent, optime placuit nihil tale de reliquo fieri, nam et tempore opus est ei qui catechizatur {*corr.* cathecizatur} et post baptisma probatione quamplurima. Manifesta est enim apostolica scriptura quae dicit: nonne ophytum {*corr.* non neophytum} ne in superbia elatus in iudicium incidat et laqueum diaboli. Si uero processu temporis aliquod delictum animae circa personam repperiatur huiusmodi et a duobus uel tribus testibus arguatur, a clero talis abstineat. Si quis autem praeter haec fecerit {*corr.* fecerit (?)}, quasi contra magnum consilium se efferens, ipse de clericatus honore periclitabitur.

### **De subintroductis mulieribus.**

III. Interdixit per omnia magna synodus, non episcopo non presbitero non diacono nec alicui omnino qui in clero est licere subintroductam habere mulierem, nisi forte matrem aut sororem aut amictam {*corr.* amitam} uel eas tantum personas quae suspitiones effugiunt.

### **De his qui ad episcopatum in prouinciis prouentur.**

III. Episcopum conuenit maximae quidem ab omnibus qui sunt in prouincia episcopis ordinari. [f. 151v] Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in idipsum conuenientibus et consentientibus, absentibus

Michael D. Elliot, January, 2011

pari modo deternentibus et per scripta consentientibus, tunc ordinatio caelebretur. Firmitas autem eorum quae geruntur per unamquamque prouintiam metropolitano tribuatur episcopo.

### **De excommunicatis.**

V. De his qui communione priuantur, seu ex clero seu ex laicorum ordine, ab episcopis per unamquamque prouintiam sententia regularis optineat, ut hi qui abiciuntur ab aliis non recipiantur. Requirat' autem ne pusillanimitate aut contentione uel aliquolibet episcopi uitio uideatur a congregatione seclusus. Ut hoc ergo decentius *{gl. s.l. atentius}* inquiratur, bene placuit annis singulis per unamquamque prouinciam bis in anno concilia cęlebrari, ut communiter omnibus simul episcopis congregatis prouintiae discutiantur huiusmodi quaestiones. Et sic qui suo peccauerunt euidenter episcopo excommunicato *{corr. excommunicati}* rationabiliter ab omnibus extimentur, usquequo uel *{del. in}* communi *{gl. s.l. sinodo}* uel episcopo suo placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam. Concilia uero caelebrentur, unum quidem ante quadragesima paschae ut omni dissentione sublata munus offeratur deo purissimum, secundum uero circa tempus autumnii.

### **[f. 152r] De priuilegiis quae quibusdam ciuitatibus competunt.**

VI. Antiqua consuetudo seruetur per Aegyptum, Lybiam *{corr. Lybaam}* et Pentapolim, ita ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quia et urbis Romę episcopo paralis mos est. Similiter autem et apud Antiochiam ceterasque prouintias suis priuilegia seruentur ecclesiis. Illud autem generaliter clarum est quod si quis praeter sententiam metropolitani fuerit factus episcopus, hunc magna synodus definiuit episcopum esse non oportere. Sin autem communi cunctorum decreto rationabili et secundum regulam ecclesiasticam conprobato duo aut tres propter contentiones propter *{corr. proprias}* contradicunt, obtineat sententia plurimorum.

### **De episcopo Heliae, id est Hierusolimorum.**

VII. Quia consuetudo obtinuit et antiqua traditio, ut Heliae episcopus honoretur, habeat honoris consequentiam saluam metropoli propria dignitate.

### **De his qui dicuntur Catharoe, id est mundi.**

VIII. De his qui se cognominant Catharos, id est mundos, si aliquando uenerint ad ecclesiam catholicam, placuit sancto et magno concilio ut inpositionem manus accipientes sic in clero permaneant. Haec autem prae omnibus eos scriptis conuenit profiteri quod catholicae et apostolicę ecclesiae dogmata suscipiant et sequantur, idem et bigamis se communicare et his qui in persecutione prolapsi sunt *{corr. sint}*, [f. 152v] erga quos et spatia constituta sunt et tempora diffinita, ita ut ecclesiae catholicae et apostolicę placita sequantur in omnibus. Ubi uero siue in ciuitatibus *{add. left marg. siue in mancipiis}* ipsi soli reperti fuerint ordinati, qui inueniuntur in clero in eodem eorum habitu perseuerent. Ubi autem catholicae æcclesiae episcopo uel presbitero constituto quidam ex illis adueniunt, certum est quod episcopus ecclesie habebit episcopi dignitatem. Is autem qui nominatur apud eos episcopus honorem presbiteri possidebit, nisi forte placuerit episcopo nominis eum honore censi. Si uero hoc ei minime placuerit, prouidebit ei aut chorepiscopatus aut praesbiterii locum, ut in clero prorsus esse uideatur, ne in una ciuitate duo episcopi probentur existere.

### **De his qui ad honorem presbiterii sine examine prouecti sunt. VIII.**

Michael D. Elliot, January, 2011

Si qui presbiteri sine examine sunt prouecti uel cum discuterentur peccata sua confessi sunt, et hominibus contra canones commoti manus confessis imponere temptauerunt, tales regula non admittit quia quod inreprehensibile est catholica defendit ecclesia.

**De his qui in persecutionibus negauerunt et postmodum in clero promoti sunt. X.**

Quicumque de lapsis ad ordinem cleri promoti sunt per ignorantiam uel per ordinantium dissimulationem, hoc ecclesiasticæ non praeiudicat regulae, cogniti namque deponantur.

[f. 153r] **De laicis qui negauerunt. XI.**

De his qui praeter necessitatem praeuaricati sunt aut praeter ablationem facultatum aut praeter periculum uel aliquid huiusmodi, quod factum est sub tyrannide {gl. s.l. tempore} Linicii, placuit synodo quamuis humanitate probentur indigni, tamen eis beniuolentiam commodari. Quicumque ergo ueraciter paenitentiam gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur et sex annis omni se contritione deiciant, duobus autem annis sine oblatione populo in oratione communicent.

**De his qui abrenunt et iterum ad seculum sunt regressi. XII.**

Qui cum uocati per gratiam primum quidem inpetum monstraerunt deponentes militiæ cingulum postmodum uero ad proprium uomitum sunt relapsi, ita ut quidam et pecunias tribuerent et beneficiis militiam repeterent, hi decem annis post triennii tempus, quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant. Sed in his omnibus propositum et speciem paenitentiae conuenit explorare, quotquot {gl. s.l. uel quo} enim metu et lacrimis atque paenitentia uel bonis operibus rebus ipsis conuersionem suam non simulationem demonstrant, hi definitum tempus auditionis implentes tum demum fidelibus in oratione communicent; postmodum uero licebit episcopo de his aliquid humanius cogitare. Quicumque indifferenter [f. 153v] tulerunt et haditum {corr. aditum}<sup>4</sup> introeundi ecclesiam {sic} sibi arbitrati sunt ad conuersionem posse sufficere, hi definitum modis omnibus tempus impleant.

**De his qui communionem tempore mortis exposcunt.**

XIII. De his qui ad exitum ueniunt etiam nunc lexanti qua {corr. lex antiqua} regularesque {corr. regularisque} seruabitur, ita ut si quis egreditur e corpore, ultimo et necessario uiatico minime priuetur. Quod si desperatus et consecutus communionem oblationesque {corr. oblationisque} particeps factus iterum conualuerit, sit inter eos qui communionem orationis tantummodo consecuntur. Generaliter autem omni cui libet in exitu posito et poscenti sibi communionis gratiam tribui, episcopus probabiliter ex oblatione dare debet.

**De caticuminis lapsis.**

XIII. De caticuminis sancto et magno concilio placuit ut tribus annis sint inter audientes tantummodo, post haec autem cum caticumenis orent.

**Quod non oporteat demigrari. XV.**

Propter multam perturbationem et seditiones quae fiunt, placuit consuetudinem omnimodis amputari quae praeter regulam in quibusdam partibus uidetur ammissa {corr. comissa}, ita ut de ciuitate ad ciuitatem non episcopus, non presbiter, non diaconus transferatur. Si quis autem post definitionem sancti et magni concilii tale quid agere temptauerit et se huiusmodi negotio

---

<sup>4</sup> display: nota quod quidem codices legunt habitum (secundum Cochlaeum, f. 12v)

Michael D. Elliot, January, 2011

manciparit, [f. 154r] hoc factum prorsus in irritum ducatur, et restituatur ecclesiae cui fuit episcopus aut presbiter aut diaconus ordinatus.

**De his qui in ecclesiis in quibus prouecti sunt minime perdurarunt.**

XVI. Quicumque temere ac periculosae {*corr.* periculose}, neque timorem dei prae oculis habentes nec agnoscentes ecclesiasticam regulam, discedunt ab ecclesia presbiteri aut diaconi uel quicumque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debent in aliam ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem conuenit illis inponi ut ad suas parroechias reuertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communionem priuari. Si quis autem ad episcopum alium pertinentem audacter inuadere et in sua ecclesia ordinare temptauerit non consentiente episcopo a quo discessit his qui regulae mancipatur, ordinatio huiuscemodi irrita comprobetur.

**De clericis usuras accipientibus. XVII.**

Quoniam multi sub regula constituti auaritiam et turpia lucra sectantur oblitique diuinae scripturae dicentis: qui pecuniam suam non dedit ad usuram {Ps 14, 5}, mutuam dantes tres siliquas centesimos exigunt, iuste censuit sancta et magna synodus ut si quis inuentus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens aut adinventionem aliquam, uel quolibet modo negotium transigens, [f. 154v] aut hemiolia, id est sescupla, exigens, uel aliquid tale prorsus excogitans turpilucris gratia, deiciatur a clero et alienus existat a regula.

**De priuilegiis praesbiterorum. XVIII.**

Peruenit ad sanctum magnumque concilium quod in quibusdam locis et ciuitatibus presb̄rs gratiam sacrae communionis diaconi porrigant—quod nec regula nec consuetudo tradidit—ut ab his, qui potestatem non habent offerendi, illi qui offerunt Christi corpus accipiant. Necnon et illud innotuit, quod quidam diaconi ante ep̄s sacra oblata contingant. Haec igitur omnia resecantur et in sua diaconi mensura permaneant, scientes quod episcoporum quidem ministri sint, inferiores autem presbiteris habeantur per ordinem; ergo post pr̄bs gratiam sacrae communionis accipiant aut episcopo eis aut presbitero porrigente. Sed nec sedere in medio presbiterorum diaconis liceat quia si hoc fiat, praeter regulam et ordinem probatur existere. Si quis autem etiam post has definitiones oboedire noluerit, a ministerio cessare debet.

**De his qui a Paulo Samo Sateno ad ecclesiam ueniunt.**

XVIII. De paulianistis ad ecclesiam catholicam confugientibus definitio prolata est ut baptizentur omnimodis. Si qui autem de his praeterito tempore in clero fuerint, si quidem immaculati et inreprehensibiles apparuerint, [f. 155r] baptizati ordinentur ab episcopo ecclesiae catholicae; quod si discussio incongruos eos inuenerit, abici tales conueniet. Similiter autem et de diaconissis {*corr.* diaconissis} et omnino de his qui sub regula uersantur, haec forma seruabitur. Meminimus autem de diaconissis, quae in eodem habitu esse probantur, quod non habeant manus inpositionem et ideo modis omnibus eas inter laicos deputari.

**De flectendo genu. XX.**

Quoniam {*add. s.l.* sunt} quidem {*corr.* quidam} in die dominico genu flectentes et in die pentecosten: ut omnia in uniuersis locis consonanter obseruentur, placuit sancto concilio stantes domino uota persoluere.

**Et subscripserunt CCCXVIII qui in eodem concilio conuenerunt.**

Michael D. Elliot, January, 2011

EXPLICIUNT CANONES.

INCIPIUNT TITVLI CANONUM ANCIRANI CONCILII NUMERO XXIII.

- I. De presbiteris qui immolauerunt tempore persecutionis.**
- II. De diaconis qui immolauerunt.**
- III. De his qui ex fuga conpræhensi sunt et per uim pagani ritus aliquid pertulerunt.**
- IIII. De his qui diuersis causis gentilitatis ritus gentilium peregerunt.**
- V. De his qui timore ritus gentilium peregerunt.**
- VI. De his qui in locis idolorum manducauerunt.**
- VII. De his qui frequenter idolis immolauerunt.**
- VIII. De his qui et aliis sacrificandi causas adtulerunt.**
- [f. 155v] **VIIII. De diaconis qui tempore ordinationis de nuptiis adtestati sunt.**
- X. De disponsatis puellis et ab aliis corruptis.**
- XI. De his qui cum essent caticumini idolis immolauerunt.**
- XII. Quod non oporteat corep̄is ordinare clericum nisi in agris et uillulis.**
- XIII. De his qui aesum carniū in clero constituti diffugiunt.**
- XIIII. De rebus ecclesiasticis eo tempore distractis quod ipse ecclesiæ uiduantur episcopis.**
- XV. De his qui fornicantur inrationabiliter, id est qui miscentur pecoribus aut cum masculis polluuntur.**
- XVI. De his qui in pecudes uel in masculos aut olim polluti sunt aut actenus hoc uitio tabescunt.**
- XVII. De his qui ad episcopatum promoti sunt nec recepti.**
- XVIII. De his qui uirginitatem professi sunt, et de his quae sub sororis habitum cum aliquibus commorantur. {add. s.l. XVIII. De his qui adulteras habent uxores, uel si ipsi adulteri conprobentur.}**
- XX. De his qui partus suos ex fornicatione diuersis modis interimunt.**
- XXI. De homicidiis.**
- XXI {sic}. De his qui non sponte homicidium commiserunt.**
- XXII. De his qui diuinationes expetunt.**
- XXIII. De his qui uirginum corruptionibus conscii sunt.**

INCIPIUNT REGULE ANCIRANI CONCILII.

Istae regulae priores quidem sunt Nicensis, sed ideo Nicaenę prius scripte sunt propter auctoritatem eiusdem magni sanctique concilii [f. 156r] congregati apud Nicaeam.

**De presbiteris qui immolauerunt tempore persecutionis.**

Presbiteros immolantes et iterum luctamen adeuntes, si hoc non per inlusionem aliquam sed ex ueritate fecerunt, nec ante parentes et affectantes atque suadentes ut extimentur quidem tormentis aptari sed his uisu tantum et habitu subici, hos placuit honorem quidem retinere propriae sedis, offerre uero aut allo qui {corr. alloqui} populum {corr. populo} aut omnino sacerdotalibus fungi officii non licere.

**De diaconis qui immolauerunt. II.**

Michael D. Elliot, January, 2011

Diaconi similiter qui immolauerunt honorem quidem habeant, cessent uero ab omni sacro ministerio siue a pane siue calicae offerendo uel praedicando. Quod si quidam episcoporum conscii sunt laboris eorum et humilitatis et mansuetudinis et uoluerint eis aliquid amplius tribuere uel adimere, penes ipsos erit potestas.

**De his qui ex fuga comprehensi sunt et per uim pagani ritus aliquid pertulerunt.**

Qui fugientes comprehensi sunt, uel a domesticis traditi, uel ademptis facultatibus sustinere tormenta, aut in custodiam trusi proclamauerunt se Christianus esse, et eousque adstricti sunt ut manus eorum conpraehendentes [f. 156v] uiolenter adtraherent et funestis sacrificiis ammouerent, aut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere congerentur, confitentes iugiter se et luctum rei quae contigit incessabiliter ostendentes omni deiectione et habitu et humilitate uitae, hos uelut extra delictum constitutos a communionis gratia non uetari. Si uero prohibiti sunt ab aliquibus propter ampliorem cautelam uel propter quorundam ignorantiam, statim recipiantur. Hoc autem similiter et de clericis et de ceteris laicis obseruare conueniet. Perquisitum est autem et illud si possint etiam laici qui in has necessitates angustias inciderunt ad clericatus ordinem promoueri. Placuit ergo et hostam quam {*corr.* hos tamquam} qui nihil peccauerint, si et praecedens eorum uita probabilis sit, ad hoc officium prouehi.

**De his qui diuersis causis gentilitatis ritus aliquid peregerunt. III.**

De his qui sacrificare coacti sunt insuper et cenauerunt in idolio, quicumque eorum {*add. s.l. cum*} ducerentur laetiore habitu fuerunt et uestimentis praeciosioribus usi sunt et praeparatae caenae indifferenter participes extiterunt, placuit eos {*add. left marg. inter*} audientes uno anno constitui, succumbere uero tribus annis, in orationem autem communicare biennio, et tunc ad perfectionis gratiam peruenire. Quod quot ascenderunt templa ueste lugubri [f. 157r] per omne tempus flere discubitus, si compleuerunt paenitentiam triennii temporis, sine oblatione suscipiantur. Si autem non manducauerunt, biennio subiecti paenitentiae, tertio anno sine oblatione communicent ut perfectionem quadriennio consequantur. Penes eps autem erit potestas, modum conuersionis eorum probantes, uel humanius erga eos agere uel amplius tempus adicere, ante omnia uero praecedens eorum uita et posterior inquiratur et ita eis inperitatur humanitas.

**De his qui timore ritus gentilium peregerunt.**

De his qui minis tantum caessere poenarum aut priuatione facultatum territi aut demigratione sacrificauerunt et hactenus {*add. s.l. penitutinem*} neglegentes, neque conuersi nunc huius concilii tempore semet obtulerunt conuersionis suae consilia capientes, placuit usque ad magnum diem eos inter audientes suscipi, et post magnum diem triennio paenitentiam agere, et postmodum duobus annis sine oblatione communicare, et tunc demum sex annis completis ad perfectionis gratiam peruenire. Si uero quidam ante hanc synodum suscepti sunt ad poenitentiam, ex illo tempore initium eis sexennii computetur. Si quod autem periculum uel mortis expectatio [f. 157v] aut ex infirmitate aut ex aliqua occasione contigerit, his sub definitione statuta communi {*corr.* communis} non negetur.

**De his qui in locis idolorum manducauerunt.**

VI. De his qui festis diebus gentilium in remotis eorum locis conuiuia caelebrarunt cybosque proprios deferentes ibidem comederunt, placuit post paenitentiam biennii eos suscipi, utrum uero cum oblatione singuli episcoporum propitiantes uitam eorum et singulos actus examinent.

Michael D. Elliot, January, 2011

**De his qui frequenter idolis immolauerunt.**

VII. Hi qui secundo et tertio sacrificauerunt quo acti quattuor annis paenitentiae subiantur {*corr.* subiciantur}, duobus autem aliis sine oblatione communicent, et septimo anno perfectae recipiantur.

**De his qui et aliis sacrificandi causas adtulerunt. VIII.**

Quotquot autem non solum ipsi deuiauerunt sed etiam insurrexerunt et compulerunt fratres, et causas praebuerunt ut cogerentur, hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant, per aliud uero sexennium paenitentiae subiciantur acriori, et alio anno communionem sine oblatione percipiant ut perfectionem expleto decennio consequantur. Inter haec autem et eorum uita pensanda est.

**De diaconis qui tempore ordinationis de nuptiis adtestati sunt. VIII.**

[f. 158r] Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt et dixerunt uelle se coniugio copulari, quia sic manere non possunt, hi, si postmodum uxores duxerint, in ministerio maneat propterea quod eis episcopus licentiam dederit. Quicumque sane tacuerunt et susceperunt manus inpositionem professi continentiam, et postea nuptiis obligati sunt, a ministerio cessare debebunt.

**De dispensatis puellis et ab aliis raptis. X.**

Desponsatas puellas et post ab aliis raptas placuit erui et eis reddi quibus ante fuerant desponsatae, etiamsi eis a rapteribus {*corr.* raptoribus} uis inlata constiterit.

**De his qui cum essent caticumini idolis immolauerunt. XI.**

Eos qui ante baptismum sacrificauerunt idolis et postea baptismum consecuti sunt, placuit ad ordinem prouehi, quod probentur abluti.

**Quod non oporteat chorepiscopus clericum ordinare nisi in agris et uillulis. XII.**

Chorepiscopis non licere presbitero aut diaconum ordinare, sed nec presbitero ciuitatis sine praecepto episcopi uel litteris in unaquaque parochia {*add. right marg.* aliquid agere}.

**De his qui esum carnum in clero constituti diffugiunt. XIII.**

Hi qui in clero sunt presbiteri et diaconi et a carnibus abstinent, placuit eas {*gl. s.l.* uel eos} quidem contingere et ita, si uoluerint, continere. Quod si in tantum [f. 158v] eas abominantur ut nec holera quae cum eis coquantur existiment comedenda, tamquam non consentientes regulae ab ordine cessare debebunt.

**De rebus ecclesiasticis eo tempore distractis quo ipse ecclesiam uiduantur episcopis.**

XIII. De his quae pertinent ad ecclesiam, quae, cum non esset episcopus, presbiteri uindiderunt {*corr.* uendiderunt}, placuit rescisso contractu ad iura ecclesiastica reuocari. In iudicio autem erit episcopi si praecium debeat recipi necne, quia plerumque rerum distractarum redditus ampliore summam pro praetio dato reddiderit.

**De his qui fornicantur inrationabiliter, id est qui miscentur pecoribus aut cum masculis polluuntur.**



Michael D. Elliot, January, 2011

XV. De his qui inrationabiliter uersati sunt siue uersantur, quotquot ante uicesimum annum tale crimen comiserint, quindecim annis exactis in paenitentiam communionem mereantur orationum, deinde quinquennio in hac communionem durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem et uita eorum, qualis tempore paenitudinis extiterit, et ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his hesere criminibus, ad agendam paenitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem peracta uiginti annorum ætate et uxores habentes hoc peccato prolapsi sunt, uiginti quinque annis paenitudinem gerentes in communionem suscipiantur orationum, in qua quinquenni [f. 159r] perdurantes tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui uxores habentes et transcendentem quinquagesimum annum ætatis ita deliquerint, ad exitum uitae communionis gratiam consequantur.

**De his qui in pecudes uel in masculos aut olim polluti sunt aut actenus hoc uitio tabescunt. XVI.**

Eos qui inrationabiliter uixerunt et laepra iniusti criminis alios polluerunt, praecepit sancta synodus inter eos orare qui spiritu periclitantur in mundo.

**De his qui ad episcopatum promoti sunt nec recepti. XVII.**

Si qui episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa paroechia in qua fuerant denominati uoluerintque alias occupare paroechias {*corr.* paroechias} et uim praesulibus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando, hos abici placuit. Quod si uoluerint in praesbiterii ordine, ubi prius fuerint {*corr.* fuerant}, ut presbiteri residere, non abiciantur propria dignitate. Si autem seditiones commouent ibidem constitutis episcopis, praesbiterii quoque honor talibus auferatur fiantque damnatione notabiles.

**De his qui uirginitatem professi sunt, et de his que sub sororis habitu cum aliquibus commorantur.**

XVIII. Quotquot autem uirginitatem promittentes irritam faciunt sponsionem, inter bigamos conseantur. Uirgines autem quae conueniunt cum aliquibus tamquam [f. 159v] sorores habitare prohibemus.

**De his qui adulteras habent uxores uel si ipsi adulteri conprobantur. XVIII.**

Si cuius uxor adulterata fuerit uel si ipse adulterium commiserit, septem annorum paenitentia oportet eum perfectionem consequi, secundum pristinos gradus.

**De his qui partus suos ex fornicatione diuersis modis incrimunt. XX.**

De mulieribus quae fornicantur et partus suos necant, uel quae agunt secum ut utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum uitae eas ab ecclesia remouet. Humanius autem nunc definimus ut eis decem annorum tempus secundum praefixos gradus paenitentiae largiamur.

**De homicidiis. XXI.**

Qui uoluntariae {*corr.* uoluntarie} homicidium fecerint paenitentiae quidem iugiter se submittant, perfectionem uero circa uitae exitum consequantur.

**De his qui non exponte homicidium commiserunt. XXII.**

Michael D. Elliot, January, 2011

De homicidiis non sponte commisis, prior quidem definitio post septennem paenitentiam perfectionem consequi praecepit, secunda uero quinquenni tempus explere.

**De his qui diuinationes expetunt. XXIII.**

Qui diuinationes expetunt et morem gentilium subsecuntur, aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica aut expiandi [f. 160r] causa, sub regula quinquennii iaceant secundum gradus paenitentiae definitos.

**De his qui uirginum corruptionibus conscii sunt. XXIII.**

Quidam sponsam habens sororem eius uiolauit et grauidam reddidit. Postmodum desponsatam sibi duxit uxorem, illa uero quae corrupta est laqueo se peremit. Hi qui fuerunt conscii post decennem satisfactionem iussi sunt suscipi, secundum gradus paenitentiae constitutos.

**Et subscripserunt XVIII episcopi qui in edem {sic} concilio conuenerunt.**

EXPLICIUNT CANONES CONCILII ANCYRANI.

TITULI CANONUM NEOCAESARIENSIIUM CONSILII NUMERO XIII.

**I. De presbiteris qui uxores acciperunt uel fornicatis.**

**II. De his qui duobus fratribus nupserint uel qui duas sorores uxores acceperunt.**

**III. De multinubis.**

**III. De his qui proponentes fornicari uetantur.**

**V. De caticumenis peccantibus.**

**VI. De caticumina praegnante.**

**VII. Quod non oporteat in bigami nuptiis orare presbitero.**

**VIII. De his qui mulieribus adulteris iuncti sunt.**

**VIII. De his qui ad presbiterium promouentur et ante ordinationem peccatorum sibi sunt conscii.**

[f. 160v] **X. De diacone similiter.**

**XI. Quo tempore praesbiterum conueniat ordinari.**

**XII. De his qui in egretudine {corr. egritudine} baptisma consecuntur.**

**XIII. De presbiteris agrorum.**

**XIII. De numero certo diaconorum.**

INCIPIUNT CANONES CONCILII NEOCESARIENSI.

INCIPIUNT REGULAE PROLATÆ IN SYNODO NEOCESARIENSI NUMERO XIII.

**De presbiteris qui uxores acceperunt uel fornicati sunt.**

I. Presbiter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si uero fornicatus fuerit aut adulterium perpetrarit, amplius pelli debet et ad paenitentiam redigi.

**De his que duobus fratribus nupserint uel qui duas sorores uxores acceperint.**

II. Mulier, si duobus fratribus nupserit, abiciatur usque ad mortem. Uerumtamen in exitum propter misericordiam, si promiserit quod facta incolomis huius coniunctionis uincla dissoluat,

Michael D. Elliot, January, 2011

fructum paenitentiae consequatur. Quod si defecerit {defecerit *forsan corr. a* deiecerit} mulier aut uir in talibus nuptiis, difficilis erit paenitentia in uita permanenti.

**De multinubis.**

III. De his qui in plurimas nuptias inciderunt, et tempus quidem praefinitum manifestum est, [f. 161r] sed conuersatio eorum et fides tempus adbreuiat.

**De his qui proponentes fornicari uetantur.**

III. Si quis mulierem concupiscens proposuerit cum ea concumbere et cogitatio eius non perueniat ad effectum, apparet quod dei {*ras. a*} gratia liberatus sit.

**De chaticuminis peccantibus. V.**

Catholicuminus, si ingrediatur ecclesiam et in ordine eorum qui {*add. s.l.* in uerbo} instruuntur adsistat, hic autem depraehensus fuerit peccans, si quidem genuflectit audiat ut non delinquat ulterius. Si uero et audiens peccauerit expellatur.

**De caticumina pregnante. VI.**

Graudam oportet baptizari quando uoluerit. Nihil enim in hoc quae parit nascenti communicat, propterea quod uniuscuiusque suum propositum in confessione declaratur.

**Quod non oporteat in bigami nuptiis orare presbiteros. VII.**

Praesbiterum in nuptiis bigami pandere {*corr. prandere*} non conuenit quia, cum paenitentia bigamus egeat, quis erit presbiter qui propter conuiuium talibus nuptiis possit praebere consensum?

**De his qui mulieribus adulteris iuncti sunt. VIII.**

Mulier cuiusdam adulterata laici constituti, si euidenter arguatur, talis ad ministerium cleri {*corr. clerici*} uenire non poterit. Si uero post ordinationem adulterata fuerit, dimittere eam conuenit. Quod si cum illa conuixerit, ministerium sibi commissum obtinere non poterit.

**De his qui ad praesbiterium promouentur [f. 161v] et ante ordinationem peccatorum sibi constii.**

VIII. Presbiter, si praeoccupatus corporali peccato prouehatur et confessus fuerit de se quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis propter studium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus inpositionem posse demitti. Quod si de se non fuerit ipse confessus et argui manifeste nequiuert, potestatis suae iudicio relinquitur.

**De diaconis similiter. X.**

Simili modo etiam diaconus, si eodem peccato subcubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur.

**Quo tempore praesbiterum conueniat ordinari.**

XI. Presbiter ante tricesimum aetatis suae annum nullatenus ordinetur, licet ualde sit dignus, sed hoc tempus obseruet. Nam dominus noster tricaesimo aetatis suae anno baptizatus est et sic coepit docere.

**De his qui in egritudine baptisma consecuntur. XII.**

Michael D. Elliot, January, 2011

Si quis in egritudine fuerit baptizatus, ad honorem praesbiterii non potest promoueri quia non exposito fides eius sed ex necessitate descendit, nisi forte propter sequens studium eius et fidem atque hominum raritatem talis possit admitti.

### **De presbiteris agrorum.**

XIII. Presbiteri ruris in ecclesia ciuitatis, episcopo presente uel presbiteris urbis ipsius, offerre non possunt nec panem sanctificatum dare calicemque porrigere. [f. 162r] Si uero absentes hi fuerint et ad dandam orationem uocentur, soli dare debent. Corepiscopi quoque ad exemplum quidem et forma septuaginta uidentur esse; ut comministri autem, propter studium quod erga pauperes exhibent, honorentur.

### **De numero certo diaconorum. XIII.**

Diaconi septem debentes se iuxta regulam, licet et ualde magna sit ciuitas. Idipsum autem et actuum apostolorum liber insinuat.

### **Et subscripserunt XVIII qui in eodem concilio conuenerunt.**

#### INCIPIT SINODI SVPRASCRIPTI GANGRENSIS PRÆFATIO.

Dominis honorabilibus consacerdotalibus in Armenia constitis episcopis, quorum nomina superius sunt scripta, et conuenerunt in Gangrense consilium, in domino salutem.

Quoniam conuenit sancta synodus episcoporum in Gangrensem ecclesiam propter quasdam ecclesiasticas necessarias causas inquirendas et ea quae secundum Eustasium gesta sunt dinoscenda, inuenit multa fieri indecenter ab his qui hunc eundem Eustasium sicuti sunt. Necessario statuit palam factis omnibus amputare uniuersa quæ ab eodem mala commissa sunt. Declaratum est enim hos eosdem nuptias accusare et docere quod nullus in coniugali positus gradu spem habeat apud deum. Unde factum est ut multæ mulieres [f. 162v] relictis propriis uiris, et uiri uxoribus destitutis uinculam coniugale dissoluerint, continentiam profitentes, quam cum retinere non possent, adulteria commiserunt. Inuente<sup>5</sup> sunt enim dissensiones ac separationes dominicis {*add. s.l. constitis*} in ecclesiis dei docere, id est et traditiones ecclesiasticas et ea quae in ecclesiis aguntur debere contemni; priuatis {*corr. primatis*} conuenticulis statutis atque ad imitationem eorum quae in domo dei aguntur omnia praesumere caelebrare; adhuc etiam uestibus communibus {*corr. cum munibus*} sprætis, nouos etiam et insolitus {*corr. insolitos*} {*add. s.l. habitus*} adsumsisse; primitias quoque fructum et oblationes eorum, quas ueterum institutio tribuit, sibimet uindicasse, id est propria ratiocinatione doctrine, tamquam sanctis sibi eas offerre debere, apud se et inter se dispensandas; seruos a dominis recedentes et per hunc inusitate regionis morem dominos contempsisse; mulieres praeter consuetudinem et sui sexus ornatum, hae se iustificari credentes uirilem habitum usu coepisse; pluresque occasione religiones tunsas {*corr. religionis tonsas*} genu {*corr. gene*} indecoris comas penitus amputasse; ieiuniaque in ecclesia praedicantur contemnenda asseruisse; ut nullos eorum etiam cybos carniū tamquam illicitos reputasse; in domibus coniugatorum nec orationes quidem celebrari persuassisse {*corr. persuassisse*}, in tantum ut easdem fieri uetentur. Oblationibus quoque in domibus factis [f. 163r] minimum communicandum esse decernunt; p̄br̄s qui matrimonia contraxerunt sperni debere, nec sacramenta quae ab eis conficiuntur

<sup>5</sup> *display*: inuente *forsan corr. ab* inuenti

Michael D. Elliot, January, 2011

adtingi; loca sanctorum martirum uel basilicas contemnere, et omnes qui illuc conueniunt repraehendere; diuites fideles qui non omnibus renuntiant quae possident spem apud deum non habere; et multa alia quae numerare nulli possibile est. Singulos quoque eorum pro arbitrio suo constituere. Unusquisque eorum per tales institutiones ab ecclesiastico canone recedentes, tamquam proprias leges sibimet condidisse. Nec communis his omnibus et una sententia est, singuli enim prout uidetur et libet ad accusationem ecclesie nitendo tamquam rector non sit, uel addunt decreta uel minuunt.

Propter ea ergo choactum est hoc concilium in Gangrensem ecclesiam habitum, canones istos exponere quibus probantur, ne memorati essent extra ecclesiam. Quod si per paenitentiam condemnauerunt haec omnia quae male senserunt tamquam a se non bene prolata, acceptabiles fiant. Atque ad eos {*corr.* ea} singula quae debent condemnari synodus credidit exponenda. Quod si quis non rennuerit haec quae hodie constituta sunt, tamquam hereticus et anathematizatus et damnatus abiciatur, et erit non solum incommunicatus uerum etiam et ab ecclesia habeatur extorris, donec depraecetur [f. 163v] ep̄s {*corr.* episcopus}, et de uniuersis quae poenes eos depraehense atque detecte sunt, prouiderit quid horum susceperit obseruandum.

TITVLI CANONVM ANTIOCÆNI CONCILII NUMERO XXV.

**I. De his qui contraria gerunt his quae regulariter de pascha statuta sunt in Niceno concilio.**

**II. De his qui se a perceptione sancte communionis auertunt et qui excommunicatis per domos communicant.**

**III. De his qui ab alia parroechia praeter conscientiam episcoporum suorum in aliis inmorantur.**

**III. De damnatis et ministrare temptantibus.**

**V. De his qui se a ministerio ecclesiastico subtrahunt et seorsum colligunt.**

**VI. De clericis excommunicatis et laicis.**

**VII. De peregrinorum susceptione.**

**VIII. De pacificis peregrinorum, id est commendaticiis litteris.**

**VIII. De metropolitanis singularum prouinciarum.**

**X. De his qui uocantur corepiscopi.**

**XI. De episcopis et clericis adeuntibus imperatorum.**

**XII. De dampnatis episcopis aut clericis et adeuntibus imperatorum.**

**XIII. De his qui cum sint ex alia prouincia in aliis audent ordinationes effigere.**

**XIII. De dissensione quae super episcoporum diiudicatione [f. 164r] contigit, appellantium prouinciales antestites.**

**XV. De episcopis ab eiusdem prouinciæ sacerdotibus consonanter exclusis.**

**XVI. De uocantibus episcopis.**

**XVII. De his qui cum ad episcopatum conuocantur euitant.**

**XVIII. De his qui promouentur ad episcopatum {*sic*} nec recipiuntur.**

**XVIII. De episcopalibus in prouinciis ordinationibus.**

**XX. De sinodis quæ debent ad {*sic*} episcopis suis temporibus in prouincia celebrari.**

**XXI. Ut nullo modo de parroechia ad aliam parroechiam episcopus transeat.**

**XXII. Ut in altera parroechia clericos alterius parroechiae episcopus nullatenus ordinet.**

**XXIII. Ut nullus ad episcopatum pro se constituat promouendum.**

**XXIII. De rebus ad ecclesiam pertinentibus et de his quae propria episcopi esse noscuntur.**

Michael D. Elliot, January, 2011

**XXV. Ut episcopus dispensandi res ecclesiasticas habeat potestatem.**

INCIPIUNT REGULAE GANGRENENSES QUAE POST NICAENUM CONCILIUM EXPOSITE SUNT NUMERO XX.

**De his qui nuptias exsecrantur.**

I. Si quis uituperat nuptias, et dormientem cum uiro suo fidelem ac religiosam detestatur, aut culpabiles aestimat uelut qui in regnum dei introire non possint, anathema sit.

[f. 164v] **De his qui abominantur eos qui carnibus uescuntur.**

II. Si quis carne sedentem {*corr.* carnes edentem}, præter sanguinem et idolis immolatum et suffocatum, cum religione et fide, condemnat uelut spem propter huiusmodi perceptionem non habentem, anathema sit.

**De seruis qui iugum famulatus abiciunt Christianitatis obtentu. III.**

Si quis seruum sub praetextu diuini cultus doceat dominum contemnere proprium, ut discedat ab eius obsequio nec ei cum beneuolentia et omni honore deseruiat, anathema sit.

**De presbiteris qui habuere coniugia.**

III. Quicumque discernit, a presbitero qui uxorem habuit quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema sit.

**De his qui ecclesie conuentus spernendos existimant. V.**

Si quis docet domum dei contemptibilem esse et conuentus qui in ea celebrentur, anathema sit.

**De his qui ecclesiastica ministeria præter ecclesiam faciunt. VI.**

Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus cælebrat, et despiciens ecclesiam ea quae sunt ecclesiae uoluerit usurpare, non conueniente presbitero iuxta decretum episcopi, anathema sit.

**De fructuum oblationibus quae ministris ecclesie conferuntur.**

VII. Si quis oblationes ecclesiae extra ecclesiam accipere uel dare uoluerit praeter constientiam episcopi uel eius [f. 165r] cui huiusmodi officia commissa sunt, nec cum eius uoluerit agere consilio, anathema sit.

**De his quae in usus pauperum conferuntur.**

VIII. Si quis dederit uel acceperit oblata praeter episcopum uel eum qui constitutus est {*add.* de (?), *postea del.*} ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat et qui accipit anathema sit.

**De his qui in uirginitate continentiaquæ persistunt.**

VIII. Quicumque uirginitatem custodiens aut continentiae studens uelut orrescens nuptias temerat, nec propter hoc quod bonum et sanctum est, nomen uirginitatis adsumit, anathema sit.

**De his qui pro uirginitate superbiunt. X.**

Si quis ex his qui uirginitatem propter deum seruant extollitur aduersus coniugatos, anathema sit.

Michael D. Elliot, January, 2011

**De his qui agapas, id est pastiones pauperum deputant. XI.**

Si quis despicit eos qui fideliter agapas, id est conuiuia, pauperibus exhibent et propter honorem domini conuocant fratres et noluerit communicare huiusmodi uocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

**De his qui palliis utuntur et idcirco superbiunt. XII.**

Si quis uirorum propter continentiam quae putatur amictu pallei utitur quasi per hoc habere se iustitiam credens et dispicit eos qui cum reuerenti abyrris et aliis communibus et solitis utuntur uestibus, anathema sit.

[f. 165v] **De mulieribus que utuntur uirilibus indumentis. XIII.**

Si quia {*corr.* qua} mulier propter continentiam quae putatur habitum mutat et pro solito muliebri amictu uirilem sumit, anathema sit.

**De his que {*corr.* qui} uelut peccatum copulam deserunt nuptiarum. XIII.**

Si qua mulier uirum proprium relinquens descendere {*corr.* discedere} uoluerit nuptias execrata, anathema sit.

**De his qui Christianitatis obtentu despiciunt filios. XV.**

Si quis filios suos relinquens non eos enutrit {*corr.* enutriuit}, et quod a se pertinet ad pietatem diuini cultus non informat, sed per occasionem continentiae negligit, anathema sit.

**De his qui parentes Christianitatis occasione contemnunt.**

XVI. Quicumque filii a parentibus sub praetextu diuini cultus abscedunt nec debitam reuerentiam dependunt illis qui diuinum cultum sibi proculdubio proferunt, anathema sit.

**De mulieribus quæ se adtundunt Christianitatis obtentu. XVII.**

Si qua mulierum propter diuinum cultum ut aestimat crines attondit, quas ei deus ad subiectionis memoriam tribuit, tamquam praeceptum dissoluens oboedientiae, anathema sit.

**De his qui dominico die ieiunant tamquam nihil prae ceteris diferente. XVIII.**

Si quis propter continentiam quae putatur aut contumaciam in die dominico ieiunat, anathema sit.

**De his qui ecclesiasticam {*sic*} [f. 166r] ieiunia absque necessitate dissoluunt.**

XVIII. Si quis eorum qui continentia aestudent, absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia et ab ecclesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suae cogitationis impulsu, anathema sit.

**De his qui collectas quæ fiunt in martyrum commemorationibus execrantur. XX.**

Si quis superbiae usus affectu conuentus abominatur, qui ad confessiones martyrum caelebrantur, et ministeria quae in eis fiunt simul cum eorum memoriis execrantur, anathema sit.

EXPLICIUNT REGVLAE GANGRENSIS CONCILII.

TITVLI CANONVM APUD LAODITIAM Frigiae congregati numerum LVIII.

Michael D. Elliot, January, 2011

- I. De digamis.**  
**II. De his qui pro diuersis erratis poenitudinem feruentius exigerunt.**  
**III. Quod non oporteat ad clerum statim post baptisma promoueri.**  
**IIII. De tempore ordinationum.**  
**V. Ut hii qui sacrario seruiunt usuras non exigant.**  
**VI. De hereticis intransibus in ecclesias uel basilicas martyrum.**  
**VII. De his qui ad ecclesias ab hereticis ueniunt.**  
**VIII. De his qui ueniunt ab heresi Cathapygaron {corr. Cathapygarum}.**  
 [f. 166v] **VIIII. De his qui ad hereticorum speluncas causa orationis accedunt.**  
**X. De his qui cum hereticis nuptiarum copulam iungunt.**  
**XI. Non congruere praesbiteras in mulieribus ordinari.**  
**XII. De episcopis {corr. episcopibus} ordinationibus.**  
**XIII. Iudicio multitudinis ordinationes fieri non debere.**  
**XIIII. Ad alias paroechias eulogias, quae oblatae sunt, minime defestinandas.**  
**XV. De his qui debeant in ambone, id est in pulpito, psallere.**  
**XVI. De lectionibus quae debeant sabbatis recenseri.**  
**XVII. Quod interstitium psalmodum debeat in congregationibus fieri.**  
**XVIII. De praecibus nona et uespera caelebrandis.**  
**XVIII. De praecibus post omelias, id est post sermones habitos ad populum, proferendis, et de his qui {corr. quos} intra sacrarium communicare conueniat.**  
**XX. De honore quem praesbyteris diaconi et diaconis, hii qui sub ipsis sunt, debeant exhiberi.**  
**XXI. Quod subdiaconi a diacono, id est a secretario, sint remoti.**  
**XXII. Subdiaconos cum orariis adistere non debere.**  
**XXIII. Lectores cantoresque cum orariis agere suum officium non debere.**  
**XXIIII. Quod nullus ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat.**  
**XXV. Quod subdiaconi non debeant benedicere uel benedictionem tribuere.**  
 [f. 167r] **XVI {sic}. De exorcistis qui non sunt ab episcopis ordinati.**  
**XVII. Quod de conuiuibus quae ex agape fiunt, escarum partes accipi non debeant.**  
**XVIII. In ecclesiis prandia fieri non debere.**  
**XVIII. De Christianis quis abbaptizare uel iuxta quendam modum iudaizare noscuntur.**  
**XX. De uiris cum mulieribus lauacra caelebrantibus.**  
**XXI. De his qui hereticis iungunt foedera nuptiarum.**  
**XXII. Ab hereticis eulogias accipere non debere.**  
**XXIII. De scismaticis.**  
**XXIIII. De martyribus hereticorum.**  
**XXV. De his qui angelos colunt.**  
**XXVI. De his qui incantationibus et philacteriis utuntur.**  
**XXVII. De his qui ab hereticis uel Iudaeis festiuitatis eorum dona suscipiunt.**  
**XXVIII. De Christianis qui Iudae eorum azima comedunt.**  
**XXVIII {sic}. De Christianis caelebrantibus festa gentilium.**  
**XL. De episcopis qui eas quae fiunt euocationes ad synodum uetant.**  
**XLI. Quod sine litteris sacro ministerio seruientes proficisci non debeant.**  
**XLII. Quod si praeter aepiscopum clericus proficisci non debeat.**  
**XLIII. Et subdiaconi ad hostia perseuerent.**  
**XLIIII. Et ad sacrarium mulieres non introeant.**



Michael D. Elliot, January, 2011

**XLV. De his qui circa mediam septimanam ad baptismum ueniunt.**

**XLVI. De redditione baptizandorum.**

**XLVII. De his qui in egritudine {*corr.* egritudine} baptizantur.**

[f. 167v] **XLVIII. Ut post baptismum chrisma detur.**

**XLVIII. Oblationes offerri in quadragesima non oportere.**

**L. Non debere ieiunium solui in quinta feria maioris septimane.**

**LI. Non debere in diebus ieiuniorum commemorationes martyrum fieri.**

**LII. Ut natalitia uel nuptiae in quadragessima non fiant.**

**LIII. Ut in Christianorum non saltetur nuptiis.**

**LIIII. Non licere clericis ludicris spectaculis interesse.<sup>6</sup>**

**LV. Non congruere penitus Christianis commissationibus interesse.<sup>7</sup>**

**LVI. Non licere praesbiteriis introire ad altare priusquam ingrediatur episcopus.**

**LVII. Qui in agris uel possessionibus debeant ordinari.**

**LVIII. Oblationes offerri in domibus non oportere.**

**LVIII. Quae psallere uel legere in ecclesiis conuenit.**

INCIPIUNT REGULÆ ANTHIOCENI CONCILII.

Regulæ expositæ apud Anthiciam in cencus numero XXV.

**De his qui contraria gerunt his quæ regulariter de pascha statuta sunt in Nicaeno concilio.**

Omnes qui ausi fuerint dissoluere definitionem sancti et magni concilii quod apud Niceam congregatum est sub praesentia piissimi et uenerandi principis Constantini de salutifera solemnitate sacratissimi paschæ, excommunicandos et de ecclesia pellendos esse censemus, si tamen contensiosus {*corr.* contentsiosus (*sic*)} aduersus ea [f. 168r] quæ bene sunt decreta præstiterunt {*corr.* præstiterint}. Et haec quidem de laicis dicta sint. Si quis autem eorum qui præesse noscuntur ecclesie, aut episcopus aut presbiter aut diaconus, post hanc definitionem temptauerit ad subuersionem populorum ecclesiarum perturbationem seorsum colligere et cum Iudæis pascha celebrare, sancta synodus hunc alienum iam hinc ab ecclesia iudicabit, quod non solum sibi sed et plurimis causa corruptionis et perturbationis extiterit. Nec solum tales a ministerio remouet, sed etiam illos qui post damnationem huiusmodi communicare temptauerint. Damnatos autem omni quoque extrinsecus honore priuari quem sancta regula et sacerdotium dei promeruit.

**De his qui se a perceptione sanctæ communionis auertunt et qui excommunicatis per domos communicant. II.**

Omnes qui ingrediuntur ecclesiam dei et scripturas sacras audiunt nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se a perceptione sanctæ communionis auertunt, hi de ecclesia remoueantur, quamdiu per confessionem paenitentiae fructus ostendant et praecibus indulgentiam consequantur. Cum excommunicatis autem non licere communicare, nec cum his qui per domos conueniunt deuotantes orationes ecclesie simul orandum est. [f. 168v] Ab alia quoque ecclesia non suscipiendum qui in alia minime congregatur. Si quis autem de episcopis

<sup>6</sup> do not display: hoc canon in textu deest

<sup>7</sup> do not display: hoc canon in textu sub rubrica praecedente ('Non licere clericis ludicris spectaculis interesse') exstat

Michael D. Elliot, January, 2011

aut presbiteris uel diaconis seu quilibet ex clero depraehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste priuetur communione tamquam qui regulam confundat ecclesiae.

**De his qui ab alia parroechia praeter conscientiam episcoporum suorum in aliis immorantur. III.**

Si quis presbiter aut diaconus et omnino quilibet ex clero parroechiam propriam deserens ad aliam properauit, dein omnino demigrans in alia parroechia per multa tempora nititur immotari, ulterius ibidem non ministret; maximae si, uocanti suo episcopo, et regredi ad propriam parroechiam commonenti oboedire contemserit. Quod si in hac indisciplinatione perdurat a ministerio modis omnibus remoueatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inueniat. Si uero pro hac causa damnatum alter episcopus suscipiat, hic etiam a communi coerceatur synodo uel ut qui ecclesiastica constituta dissoluat.

**De damnatis et ministrare temtantibus. IIII.**

Si quis episcopus damnatus a synodo uel presbiter aut diaconus a suo episcopo ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere: siue episcopus iuxta praecedentem consuetudinem siue presbiter aut diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia synodo restitutionis spem [f. 169r] aut locum habere satisfactionis; sed et communicantes ei omnes abici de ecclesia, et maxime si posteaquam didicerint aduersum memoratos prolatam fuisse sententiam eisdem communicare temptauerint.

**De his qui se a ministerio ecclesiastico subtraunt et seorsum colligunt. V.**

Si quis presbiter aut diaconus episcopum proprium contemnens se ab ecclesia sequestrauit et seorsum colligens altare constituit, et commonenti episcopo non adqueuerit nec consentire uel oboedire uoluerit semel et iterum conuocanti, hic damnetur omnimodo nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si ecclesiam conturbare et sollicitare {*corr.* sollicitare} persistit tamquam seditiosus {*add. s.l. super*} potestates exteras opprimatur.

**De clericis excommunicatis et laicis. VI.**

Si quis a proprio episcopo communione priuatus est, non ante suscipiatur ab aliis quam suo reconcilietur episcopo, aut certe ad synodum quae congregatur occurrens pro se satisfaciat, et persuadens consilio sententiam suscipiat alteram. Haec autem definitio maneat circa laicos et presbiteros et diaconos omnesque qui sub regula esse monstrantur.

**De peregrinorum susceptione. VII.**

Nullus peregrinorum sine pacificis, id est commendaticiiis suscipiatur epistulis.

[f. 169v] **De pacificis peregrinorum, id est commendaticiiis litteris.**

VIII. Presbiteri qui sunt in agris canonicas epistulas dare non possunt, ad solos tantum uicinos episcopos litteras destinabunt. Chorepiscopi autem qui sunt inreprehensibiles dare possunt pacificas, id est generales epistulas.

**De metropolitanis singularum prouintiarum. VIII.**

VIII. Per singulas regiones ep̄s conuenit nosse metropolitanum episcopum sollicitudinem totius prouintiae gerere, propter quod ad metropolim omnes undique qui negotia uidentur habere

Michael D. Elliot, January, 2011

concurrant. Unde placuit eum et honore praecellere et nihil amplius praeter eum ceteros ep̄s agere secundum antiquam a patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum quae ad suam diocesim pertinent possessionesque subiectas. Unusquisque enim episcopus habeat suae paroeciae {*corr.* paroeciae} potestatem, ut regat iuxta reuerentiam singulis competentem, et prouidentiam gerat om̄s possessionis quae sub eius est potestate, ita ut presbyteros et diaconos ordinet et singula suo iudicio conpraehendat. Amplius aut nihil agere temptet praeter antistitem metropolitanum, nec metropolitanis {*corr.* metropolitanus} sine ceterorum gerat consilio sacerdotum.

### **De his qui uocantur chorepiscopi.**

[f. 170r] X. Qui in uicis uel possessionibus chorepiscopi nominantur, quamuis manus inpositionem episcoporum perceperunt et ut episcopi consecrati sint, tamen sanctae synodo placuit ut modum proprium recognoscant et gubernent subiectas sibi ecclesias earumque moderamine curaque contenti sint. Ordinent etiam lectores et subdiaconos atque exorcistas quibus promotiones istae sufficiant, nec praesbyterum uero nec diaconum audeant ordinare praeter ciuitatis episcopum cui ipse cum possessione subiectus est. Si quis autem transgredi statuta temptauerit, depositus quo utebatur honore priuetur. Chorepiscopum uero ciuitatis ep̄s ordinet cui ille subiectus est.

### **De episcopis et clericis adeuntibus imperatorem.**

XI. Si quis episcopus aut praesbiter aut quilibet regulae subiectus aecclesiae praeter consilium et litteras episcoporum prouinciae, et praecipue metropolitana, dierit {*corr.* metropolitani adierit} imperatorem, hunc reprobari et abici oportere non solum a communione uerum et ab honore cuius particeps uidetur existere, quia uenerandi principis auribus molestiam temptauit inferre, contra leges ecclesie. Si igitur adire principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu et consilio metropolitani et ceterorum episcoporum qui in eadem prouincia commorantur, qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

### **De damnatis episcopis aut clericis et adeuntibus imperatorem.**

[f. 170v] Si quis a proprio episcopo praesbiter aut diaconus aut synodo fuerit episcopus forte damnatus, et imperatoris auribus molestus extiterit: oportet ad maius episcoporum conuerti concilium, et quae putauerint habere iusta plurimis {*sic*} episcopis suggerant, eorumque discussiones ac iudicia praestolentur {*gl. s.l. expectent*}. Si uero haec paruipendentes molesti fuerint imperatori, hos nulla uenia dignos esse, nec locum satisfactionis habere nec spem futurae restitutionis poenitus opperiri {*gl. s.l. id est repperiri*}.

### **De his qui, cum sint ex alia prouintia, in aliis audent ordinationes efficere.**

XIII. Nullus episcopus ex alia prouincia audeat ad aliam transgredi et ad promotionem ministerii aliquos in ecclesiis ordinare, licet consensum uideantur praebere nonnulli, nisi litteris tam metropolitani quam ceterorum qui cum eo sunt episcoporum rogatus adueniat, et sic ad actionem ordinationis accedat. Si uero, nullo uocante, inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus et ecclesiasticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis, inrita quidem {*corr. que*} ab eo geruntur existant. Ipse uero in compositi motus sui et inrationabilis audaciae subeat ultionem, ex hoc iam damnatus a sancto concilio.

Michael D. Elliot, January, 2011

**De dissensione quæ super episcoporum diiudicatione contingit appellantium prouintiales antestites. XIII.**

XIII. [f. 171r] Si quis episcopus de certis criminibus iudicatur, et contingat deo prouintiales ep̄is dissidere, cum iudicatus ab aliis innocens greditur, reus ab aliis extimatur, pro ipsius ambiguitatis absolute sanctae synodo placuit ut metropolitanus episcopus a uicina prouintia iudices alios conuocet qui controuersiam tollant, et per eos simul et prouintiales episcopos quod iustum uisum fuerit approbetur.

**De episcopis ab eiusdem prouinciæ sacerdotibus consonanter exclusis.**

XV. Si quis episcopus de certis criminibus accusatus condemnetur ab omnibus episcopis eiusdem prouinciæ cunctique consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo iudicari sed firmam concordantiam {*corr.* concordantium} episcoporum prouinciæ manere sententiam.

**De uacantibus episcopis.**

XVI. Si quis episcopus uacans {*corr.* uacatus} in ecclesiam uacantem prosiliat sedemque peruadat absque integro perfectoque concilio, hic abiciatur necesse est, et sici metus {*corr.* et si cunctus} populus quem diripuit eum habere delegerit. Perfectum uero concilium illud est ubi interfuerit metropolitanus antistes.

**De his qui ad episcopatum conuocantur euitant.**

XVII. Si quis episcopus manus inpositionem episcopatus acceperit, et præesse populo constitutus ministerium subire neglexerit nec adqueuerit [f. 171v] ire ad ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communionem priuari, donec susceperit coactus officium aut certe deo aliquid integra decreuerit eiusdem prouintiae synodus sacerdotum.

**De his qui promouentur ad episcopatum nec recipiuntur.**

Si quis episcopus ordinatus apparro {*corr.* ad parroetiam} etiam minime cui est electus accesserit, non suo uitio sed quod eum aut populus uitet aut propter aliam causam non tamen eius uitio perpetrata, hic et honoris sit et ministerii particeps, dummodo nil modestus {*corr.* molestus} ecclesie rebus existat ubi ministrare cognoscitur {*corr.* cognoscitur}. Quem etiam obseruare conueniat quidquid {*corr.* quicquid} synodus perfecta prouintiae, quod uisum fuerit, iudicando decreuerit.

**De episcopalibus in prouinciis ordinationibus. XVIII.**

Episcopus præter synodum et præsentiam metropolitani nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus coram posito melius quidem est ut omnes simul adsint eiusdem prouintiae sacerdotes, quos metropolitanus episcopus aduocare debet; et si quidem omnes occurrerint, optime. Quod si hoc difficile fuerit, saltem {*corr.* saltim} plures adesse omnimodo conuenit aut certe scriptis eiusdem sententiae conprobari, et ita sub plurimorum uel præsentia uel decreto ordinatio caelebretur. Quod si secus contra definita [f. 172r] factum fuerit, nullas ordinatio uires habeat. Si uero iuxta definitam regulam fiat et nonnulli pro contentione propria contradicant, optineat sententia plurimorum.

**De synodis quae debent ab episcopis suis temporibus in prouintia caelebrari. XX.**

Michael D. Elliot, January, 2011

Propter utilitates ecclesiasticas et absolutiones earum rerum quę dubitationem controuersiamque recipiunt, optime placuit ut per singulas quasque prouintias bis in anno episcoporum concilia caelebrentur. Semel quidem post tertiano septimanam festi paschalis, ita ut quarta septimana pentecostes conueniat synodus, metropolitano prouintiales episcopos ammonente. Secunda uero synodus fiat idus octubribus {*corr.* octobribus}, id est quinto decimo die mensis octobris quem ‘hyberberetheon’ {*corr.* hyperberetheon} Greci cognominant. In ipsis autem conciliis {*corr.* conciliis} adsint præsbyteri et diaconi et omnes qui se laesos existimant, et synodi experiantur examen. Nullis {*corr.* nullus} uero liceat apud se caelebrare concilia praeter eos quibus metropolitana iura uidentur esse commissa.

**Ut nullo modo de parraoecia ad aliam parroechiam episcopus transeat. XXI.**

Episcopus ab alia parroechia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, necui {*corr.* nec ui} coactus a populis, nec ab episcopis necessitate compulsus, maneat autem in eclesiam [f. 172v] quam primitus a deo sortitus est, nec inde transmigret secundum pristinum deacre terminum constitutum.

**Ut in altera parroechia clericos alteriis parroechia episcopus nullatenus ordinet.**

XXII. Episcopus alienam ciuitatem quae non est illi subiecta non adeat, nec ad possessionem accedat quae ad eum non pertinet super ordinatione cuiusquam, nec constituat praesbiteros aut diaconos alteri subiectos episcopo, nisi forte cum consilio et uoluntate regionis {*corr.* religionis} episcopi. Si quis autem tale aliquid facere temptauerit irrita sit eius ordinatio, et ipse coherceatur a synodo, nam si ordinare non potuerit, nullatenus iudicabit.

**Vt nullus ad episcopatum pro se constituat promouendum.**

XXIII. Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum uitae perueniat. Quod si tale aliquid factum fuerit, irritum esse huiusmodi constitutum. Seruetur autem ius ecclesiasticum, id continens oportere non aliter fieri nisi cum synodo et iudicio episcoporum qui post obitum quiescentis potestatem habent, eum qui dignus extiterit promouere.

**De eclesia ad ecclesiam pertinentibus et de his quae propria episcopi esse noscuntur.**

XXIII. Quae sunt ecclesiae sub omni sollicitudine {*corr.* sollicitudine} et conscientia bona et fide quae in deum est, qui concta {*corr.* cuncta} considerat iudicat[f. 173r]que, s<unclear>e</unclear>ruentur quae etiam dispensanda sunt iudicio et potestate pontificis cui commissus est populus et animae quae intra ecclesiam congregantur. Manifesta uero sunt {*corr.* sint} quae pertinere uidentur ecclesie cum notitia praesbiterorum et diaconorum qui circa ipsum sunt, ita ut agnoscant nec ignorent quae sint ecclesie propria, nec eos aliquid lateat; ut si contingerit episcopum migrare de saeculo certis existentibus rebus, quae sunt ecclesie nec ipse conlapse depereant, nec quae propria probantur episcopi sub occasione rerum peruadantur ecclesie. Iustum namque et acceptum est coram deo et hominibus ut sua episcopus quibus uoluerit derelinquat, et quae ecclesiae sunt eidem conseruent’ ecclesie, ut nec ecclesia aliquid patiat in commodum, nec episcopus sub occasione proscribatur ecclesiae et in causas incidant qui ad eum pertinent, et ipse post obitum maledictionibus ingrauetur.

**Ut episcopus dispensandi res ecclesiasticas habeat potestatem.**

XXV. Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent cum summare uerentia {*corr.* summa reuerentia} et timore dei. Participet autem et ipse

Michael D. Elliot, January, 2011

quibus indiget, si tamen indiget, tam suis quam fratrum qui ab eo suscipiuntur necessariis usibus pro futuris, ita ut in nullo qualibet occasione fraudentur, iuxta sanctum apostolum sic dicentem: [f. 173v] habentes uictum et tegumentum his contemti sumus. Quod si contentus istis minime fuerit, con<unclear>ue</unclear>uertat {*corr.* conuertat} autem res ecclesie in suos usis {*corr.* usus} domesticos, et eius commoda uel agrorum fructus non cum praesbiterorum conscientia diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis aut propinquis aut fratribus filiisque committat, ut per huiusmodi personas occultae ceteri laedantur ecclesiae; {*add.* a} synodo prouintiae poenas iste persoluat. Si autem et aliter accusetur episcopus aut praesbiteri qui cum ipso sunt, quod ea quae pertinent ad ecclesiam uel ex agris uel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet usurpent, ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes, criminationi uero et blasphemis tam sermo praedicationis quam hi qui dispensat taliter exponantur; et hos oportet corrigi, sancta synodo id quod condecet approbante.

**Et suscripserunt XXX episcopi qui in eodem concilio conuenerunt.**

EXPLICIT TEXTUS CANONUM CONCILII ANTIOCAENI.

INCIPIT TEXTUS CANONUM CONCILII LAODICENSIS exposite apud Laudicia Phrigiae numero LVIII.<sup>8</sup>

[f. 174r] **I. De digamis.**

**II. De his qui pro diuersis erratis poenitudinem feruentius exigerunt.**

**III. Quod non oporteat ad clerum statim post baptisma promoueri.**

**III. De tempore ordinationum.**

**V. Ut hii qui sacrario seruiunt usuras non exigant.**

**VI. De hereticis intransibilibus in ecclesias uel basilicas martirum.**

**VII. De his qui ad ecclesias ab hereticis ueniunt.**

**VIII. De his qui ueniunt ab heresi Cathapygaron.**

**VIII. De his qui ad hereticorum speluncas causa orationis accedunt.**

**De his qui cum hereticis nuptiarum ...**

De his qui secundum ecclesiasticam regulam liberae ac legitimae {*corr.* libere ac legitime} secundis nuptiis iuncti sunt, nec occultae {*corr.* occulte} nuptiarum copulam fecerunt, oportet ut paruo tempore transacto uacento rationibus {*corr.* uacent orationibus} et ieiuniis. Quibus etiam iuxta indulgentiam communionem reddi decreuimus.

**De his qui pro diuersis erratis poenitudinem feruentius exegerunt.**

II. De his qui diuersis facinoribus peccauerunt et perseuerantes in oratione confessionis et poenitentiae conuersionem a malis habere perfectam, pro qualitate delicti talibus poenitentiae tempus inpensum propter clementiam et bonitatem dei communicatio concedatur.

[f. 174v] **Quod non oporteat ad clerum statim post baptisma promoueri. III.**

<sup>8</sup> *do not display: in hoc codice tantum LVIII canonum sunt (cf. canonem LVIII, infra), quamuis titularum datorum super (in loco Antiochenorum) sint LVIII; s[ancta] syno[dus] q[ue] a[p]u[d] L[aod]iciam P[h]r[y]gię Paca[tian]e conuenit [174r] [ex diuersi]s reg[ion]ibus As[ie], definition[es] [exposuit ecclesiasticas quae subter annexe su]nt. De h[is] qui secun[dum] [ecclesiasticam re]gulam *add., postea ras.* HI*

Michael D. Elliot, January, 2011

III. De his qui nuper sunt inluminati baptismati, quod eos in sacerdotali non conueniat ordine promoueri.

**De tempore ordinationum.**

III. Quod non oporteat ordinationes sub conspectu audientium caelæbrari.

**Ut hi qui sacrario seruiunt usuras non exigant.**

V. Quod non oporteat sacerdotes et clericos fenerantes usuras {*ras. tres (?) litterae*} uel quae dicuntur sescupla, id est et sumam capitis et dimidium summae, percipere.

**De hereticis intrantibus in ecclesiam uel basilicas martyrum.**

VI. Quod heretici non permittendi sint ingredi in domum dei in heresi permanentes.

**De his qui ad ecclesias ab hereticis ueniunt.**

VII. De his qui ab hereticis conuertuntur, id est Nouatianis aut Fotinianis aut Tesserescedecatitibus, siue baptizati sint illi seu cathecumini, non ante suscipiantur quam omnes hereses anathematizent, et praecipue illam qua detinebantur. Et tunc demum hi qui apud eos dicebantur fideles nostrae doceantur fidei symbolum et uncti sancto chrismate sic mysteriis communicent {*add. s.l. sacrosanctis*}.

**De his qui ueniunt ab heresi Cataphrygarum. VIII.**

De his qui conuertuntur ab heresi quae dicitur Cataphrygarum, etsi in clero qui apud eos esse [f. 175r] creditur {*corr. credentur*} fuerint, etsi maximae nominentur, hos sub omni diligentia ab episcopis ecclesiae uel praesbyteris instrui et baptizare conueniet.

**De his qui ad hereticorum speluncas causa orationis accedunt.**

VIII. Quod non permittantur ecclesiastici ad hereticorum coemiteria uel ad ea quae ab eis appellantur martyria orationis causa uel sanitatis accedere. Sed huiusmodi, si fideles fuerint, certo tempore communionem priuari; poenitentes autem et confitentes se deliquisse conuenit suscipi.

**De his qui cum hereticis nuptiarum copulam iungunt.**

X. Quod non oporteat indifferenter ecclesiasticos foedere nuptiarum hereticis suos filios filiasque coniungere non<sup>9</sup> congrue.

**Praesbyteras in mulieribus ordinari.**

XI. Quod non oporteat eas quae dicuntur praesbiterae uel praesidentes in ecclesiis ordinari.

**De episcopalibus ordinationibus.**

XII. Ut episcopi iudicio metropolitanorum et eorum episcoporum qui circa sunt prouehantur ad ecclesiasticam potestatem, hi uidelicet qui plurimo tempore probant<sup>9</sup> tam uerbo fidei quam rectae conuersationis exempla.

**Iudicio multitudinis ordines fieri non debere. XIII.**

Quod non sit permittendum turbis electiones eorum facere qui sunt ad sacerdotium prouehendi.

---

<sup>9</sup> *display: non congruere] recte non ponendum in textum canonis X., sed ad rubricam canonis XI.*

Michael D. Elliot, January, 2011

**Ad alias parochias eulogias quae oblatae sunt minime destinandas.**

[f. 175v] XIII. Quod sancta nullo modo causa eulogiarum tempore paschalis festi ad alias parochias debent {*corr. debet*} destinari.

**De his qui debeant in ambone, id est in pulpito, psallere. XV.**

Quod non oporteat amplius, praeter eos qui regulariter cantores existunt qui et de codice canunt, alios in pulpitem conscendere et in ecclesia psallere.

**De lectionibus quae debeant sabbatis recensari.**

XVI. Quod in sabbatum euangelia cum aliis scripturis legi conueniat.

**Quod interstitium psalmodum debeat in congregatiobus fieri.**

XVII. Quod in conuentu fidelium nequaquam psalmos continuare conueniat sed per interuallum, id est psalmos singulos, recensari debeant lectiones.

**De praecibus nona et uespera caelebrandis.**

XVIII. Quod idipsum semper officium praecum nona et uespera semper debeat exhiberi.

**De praecibus post homilias, id est post sermones habitos ad populum proferendos, et de his quos intra sacrarium communicare conueniat.**

Quod oporteat seorsum primum, post allocutiones episcoporum, orationes super catecumenos caelebrari, et postquam cathecumeni egressi fuerint, super eos qui sunt in paenitentiam praecem fieri; his etiam accedentibus ad manum sacerdotis et discendentibus, tres orationes consumari fidelium, ita ut prima quidem sub silentio, secunda uero et tertia {*add. right marg. per exclamations solitas*} haec expleatur, et ita demum pacem sibi inuicem [f. 176r] dabunt. Et posteaquam dederit episcopus presbiteris osculum pacis, tunc laici pacem sibi tribuent, et ita sancta caelebrabitur oblatio. Solis autem ministerio sacro deditis ad altare ingredi et communicare ibidem liceat.

**De honore quae praesbiteris diaconi, qui sub ipsi sunt, debeant exhiberi.**

Quod non oporteat diaconum coram praesbytero sedere, sed iussione praesbyteri sedeat. Similiter autem et diaconis honor habeatur ad {*sic*} obsequentibus, id est subdiaconis et omnibus clericis.

**Quod subdiaconi a diaconico, id est a secretaria, sint remoti.**

XXI. Quod non oporteat subdiaconos abire locum in diaconico et dominica uasa contingere.

**Subdiaconos cum orariis adsistere non debere.**

XXII. Quod non oporteat subdiaconum uti orario nec ostia derelinquere.

**Lectores cantoresque cum orariis suum officium agere non debere.**

XXIII. Quod non oporteat lectores aut cantores orariis uti et ita legere uel psallere.

**Quod nullus ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat.**



Michael D. Elliot, January, 2011

Quod non oporteat sacro ministerio deditos, a presbyteris usque ad diaconos et reliquum ecclesiasticum ordinem, id est usque ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas, et ostiarios, et ex numero continentium et monachorum, ingredi tabernas.

**Quod subdiaconi non debeant benedicere uel benedictionem tribuere.**

[f. 176v] Quod non oporteat subdiaconos panem dare uel calicem benedicere {sic}.

**De exorcistis qui non sunt ab episcopis ordinati. XXVI.**

Quod hi qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesiis quam in domibus, exorcizari non possint.

**Quod de conuiujs quæ ex agape fiunt, escarum partes accipi non debeant.**

XXVII. Quod non oporteat sacro ministerio deditos clericos aut laicos ad agapem {corr. agapem} uocatos cyborum partes accipere, propterea quod hinc ecclesiastico ordini fiat iniuria.

**In ecclesia prandia fieri non debere.**

Quod non oporteat in dominicis, id est in domini ecclesiis, uiuia {corr. conuiuia} quæ uocantur agapes fieri, nec intra domum dei comedere, uel lectos accubitos sternere.

**De Christianis quis ab baptizare uel iuxta quendam modum iudaizare noscuntur.**

Quod non oporteat Christianis iudaizare et otiari in sabbato, sed operari eos in eodem die, praeferentes autem in ueneratione dominicum diem si uacare uoluerint, ut Christiani hoc faciant. Quod si reperti fuerint iudaizare anathema sint a Christo.

**De uiris cum mulieribus lauacra celebrantibus {corr. celebrantibus}.**

XXX. Quod non oporteat sacris officiis deditos aut clericos aut continentes uel omnem laicum Christianum lauacra cum mulieribus caelebrare, quia haec apud gentes repraehensio prima est.

**De his qui hereticis iungunt foedera nuptiarum.**

XXXI. Quod non oporteat cum hereticis uniuersis [f. 177r] nuptiarum foedera caelebrare nec eis filios dare uel filias, sed magis accipere si tamen Christianos se fieri promittant.

**Ab hereticis eulogias accipere non debere.**

XXXII. Quod non oporteat ab hereticis eulogias accipere quae sunt maledictiones pontus {corr. pontius} quam benedictiones.

**De scismaticis.**

XXXIII. Quod non oporteat cum hereticis aut scismaticis pariter orare.

**De martyribus hereticorum.**

Quod omnem Christianum non oporteat deserere martyres Christi et ire ad pseudomartyres, id est hereticorum, et quos ipsos constat hereticos extitisse, hi namque sunt alienati a deo. Sint igitur anathema qui ad tales accesserint.

**De his qui angelos colunt.**

Michael D. Elliot, January, 2011

XXXV. Quod non oporteat Christianos ecclesiam dei relinquere et ire atque angelos nominare et congregationes facere, quae interdicta noscuntur. Si quis igitur inuentus fuerit huic occulte idolatrie seruiens, sit anathema quia derelinquit dominum nostrum Iesum Christum filium dei et se idolatrię tradidit.

**De his qui incantationibus et philacteriis utuntur. XXXVI.**

Quod non oporteat sacris officiis deditos uel clericos magos aut incantatores existere aut facere philacteria, quae animarum suarum uincula conprobantur. Eos autem qui his utuntur ab ecclesia pelli praecepimus.

**De his qui ab hereticis uel Iudaeis festiuitatis eorum dona suscipiunt.**

Quod non oporteat Iudaeis uel hereticis ea que mittuntur munera festiua suscipere, [f. 177v] nec cum eis festa caelebrare.

**De Christianis qui Iudeorum azima comedunt.**

Quod non oporteat azyma a Iudaeis accipere et communicare impietatibus eorum.

**De Christianis caelebrantibus festa gentilium.**

XXXVIII. Quod non oporteat cum gentilibus festa caelebrare et communicare prauitatibus eorum qui sine deo sunt.

**De episcopis qui eas quæ fiunt euocationes ad synodum inuitant. XL.**

Quod non oporteat episcopos ad synodum uocatos omnino contemnere sed protinus ire et docere uel discere ea quae ad correptionem ecclesiae uel reliquarum pertinentium rerum. Seipsum uero qui contemserit accusauit, nisi forte per egritudinem ire non possit.

**Quod non sine litteris sacro ministerio seruientes proficisci non debeant.**

Quod non oporteat sacerdotem uel clericum sine litteris proficisci canonicis.

**Quod praeter episcopum clericos proficisci non debeat.**

Quod non oporteat sacerdotem uel clericum praeter iussionem sui proficisci pontificis.

**Vt subdiaconi ad ostia perseuerent.**

XLIII {*corr.* XLIII}. Quod non oporteat subdiaconos saltem pullulum {*corr.* paululum } ianuas deserere et orationi uacare.

**Ut ad sacrarium mulieres non introeant.**

Quod non oporteat ingredi mulieres ad altare.

**De his qui circa mediam septimanam ad baptisma ueniunt.**

XLV. Quod non oporteat ad baptisma quemquam [f. 178r] post duas quadragesimae ebdomadas admitti.

**De redditione baptizandorum.**

XLVI. Quod oporteat eos qui ad baptisma ueniunt fidem discere et quinta feria septimane maiori episcopo aut praesbyteris reddere {*corr.* reddere}.

Michael D. Elliot, January, 2011

**De his qui in egritudine baptizantur.**

Quod oporteat eos qui in egritudinem percipiunt baptisma, postquam ualuerint, fidem perdiscere et scire cuius muneris participes facti sint.

**Ut post baptisma chrisma detur. XLVIII.**

Quod oporteat eos qui baptizantur post lauacrum chrisma caelestae {*corr.* caeleste} percipere et regni Christi participes inueniri.

**Oblationes offerre in quadragesima non oportere. XLVIII.**

Quod non oporteat in quadragesima panem benedictionis offerri nisi sabbato et dominico.

**Non debere ieiunium solui in quinta feria maioris septimanæ.**

Quod non oporteat in quadragesima in ultima septimana quintae feriae ieiunium soluere totamque quadragesimam sine ueneratione transire; magisque conueniat omnem quadragesimam dstricto uenerari ieiunio.

**Non debere in diebus ieiuniorum commemorationes martyrum fieri.**

LI. Quod non oporteat in quadragesimam martyrum natalitia cælebrari, sed eorum sancta commemoratio in diebus sabbatorum et dominicorum fieri conueniat.

[f. 178v] **Ut natalitia uel nuptiæ in quadragesima fiant.**

LII. Quod non oporteat in quadragesima aut nuptias aut natalitia cælebrari.

**Ut in Christianorum non saltet' nuptias.**

Quod non oporteat Christianos euntes ad nuptias plaudere uel saltare sed uenerabiliter cantare {*corr.* cenare} uel prandere, sicut Christianos decet.

**Non licere clericis ludicris spectaculis interesse. LIIII.<sup>10</sup>**

Quod non oporteat sacerdotes aut clericos ex collatis uel comisationibus conuiuia cælebrare, hoc autem nec laicis posse congruere.

**Non litere præsbyteris introire ad altare priusquam ingrediatur episcopus.**

LV {*sic*}. Quod non oporteat præsbiteros ante processionem episcopi introire sacrarium et sedere, sed cum episcopo debent ingredi uel in subsellis sedere, nisi forsitan infirmitate detineatur aut proficiscatur episcopus.

**Qui in agris uel possessionibus debeant ordinari.**

LVI. Quod non oporteat in uillulis aut in agris ep̄is constitui, sed uisitatores. Uerumtamen iampridem constituti nihil faciant praeter constientiam episcopi ciuitatis, similiter et presbyteri praeter consilium episcopi nihil agant.

**Oblationes offerri in domibus non oportere.**

---

<sup>10</sup> *do not display: canon LIIII deest per homoioteleuton; sequitur rubricam textus canonis LV ('Non congruere penitus Christianis commissationibus interesse'). Cf. notas ad inscriptionem et titulos (in loco Antiochenorum) pro hoc concilio.*

Michael D. Elliot, January, 2011

LVII. Quod non oporteat in domibus oblationes caelebrari ab episcopis uel præsbyteris.

**Quae psallere uel legere in ecclesiis conuenit.**

Quod non oporteat plebeios psalmos in ecclesia cantari, nec libros praeter canonem legi, sed sola sacra uolumina noui testamenti uel ueteris.

EXPLICIUNT CANONES CONCILII LAODICENSIS.

INCIPIUNT CANONES CONCILII APUD CONSTANTINOPOLIM [f. 179r] CONGREGATI NUMERO III.

**I. Ut ea quae apud Niceam {corr. Nicheam} statuta sunt immota permaneant et de anathemate Arrianorum, Eunomianorum, Machedonianorum, Sabellianorum, Fotinianorum, Marcellianorum et Apollinarianorum.**

**II. De ordine singularum dioceseon et de pretu legis {corr. pretu legiis} quae Egyptiis, Antiochenis, Constantinopolitanisque {corr. Constantinopolitanisque} debent'.**

**III. De Maximi illicita ordinatione.**

INCIPIUNT REGULAE CONSTANTINOPOLITANO.

Sub Theodosio piissimo imperatore apud Constantinopolim expositae sunt canones numero III.

Haedificationes expositae sunt ab episcopis centum quinquaginta qui in idipsum apud Constantinopolim conuenerunt quando beatus Nectarius episcopus est ordinatus.

**Ut ea quae apud Nicheam statuta sunt inmota permaneant et de anathemate Arrianorum, Eunomianorum, Macedonianorum, Sabellianorum, Photinianorum, Marcellianorum et Apollianorum.**

Fidem non uiolandum patrum trecentorum decem et octo qui apud Nicheam Bythinie conuenerunt, sed manere eam firmam et stabilem. Et anathematizandam omnem heresem et specialiter Eunomiarum uel Annomianorum, et Arrianorum uel Eudoxianorum, et Macedoniarum uel spiritui sancto resistentium, et Sabellianorum, et Marcellianorum, et Photinianorum [f. 179v] et Apollinarianorum.

**De ordine regularum dioceseon et de priuilegiis quae Aegyptiis, Anthiocenis, Constantinopolitanisque debentur.**

Qui sunt super dioecesin episcopi nequaquam ad ecclesias quae sunt extra prefixos sibi terminos accedant, nec eas ac praesumptione confundant, sed iuxta canones Alexandrinus antistes quae sunt in Aegypto regat solummodo, et orientis episcopi orientem tantum gubernent serui priuilegiis quae Nicaenis canonibus ecclesiae Anthiocaene tributa sunt. Asaianae {corr. Asianae} quoque dioeceseos episcopi ea solum quae sunt in Asiana diocesi dispensent, necnon et Ponti episcopi ea tantum quae sunt in Ponto, et Thraciarum quae in Thraciis sunt guernent. Non uocati autem episcopi ultra suam diocesim non accedant propter ordinationes faciendas uel propter alias dispensationes ecclesiasticas, seruata uero quae scripta est de guernationibus regula, manifestum est quod illa quae sunt per unamquamque prouinciam ipsius prouincię synodus dispensent, sicut Nicaeno constat decretum esse concilio. Ecclesias autem dei in barbaricis

Michael D. Elliot, January, 2011

gentibus constitutas gubernari conuenit iuxta consuetudinem quae est a patribus obseruata. Uerumtamen Constantinopolitanus episcopus habeat honoris primatum post Romanum episcopum, propterea quod urbs ipsa sit iunior Roma.

**De Maximi inlicita ordinatione.**

[f. 180r] De Maximo Cynico et eius inordinata constitutione quae Constantinopoli facta est, placuit neque Maximum episcopum esse, uel fuisse, nec eos qui ad ipso, in quolibet gradu, clerici sunt ordinati, cum omnia quæ ab eodem perpetrata sunt in irritum deducta esse uideantur.

**Exposito fidei centum quinquaginta sanctorum qui Constantinopolim congregati sunt.**

Credimus in unum deum patrem omnipotentem factorem caeli et terræ uisibilium omnium et inuisibilium, et in unum dominum Iesum Christum filium dei, natum ex patre ante omnia saecula, deum uero de deo uero, natum non factum, consubstantiale patri per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et salutem nostram descendit et incarnatus est de spiritu sancto et Maria uirgine et humanatus {*corr.* homo natus} est, et crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato et sepultus est et resurrexit tertia die, ascendit in caelos, sedet ad dexteram patris, iterum uenturus cum gloria iudicare uiuos et mortuos, cuius regni finis non erit; et in spiritum sanctum dominum et uiuificantem ex patre procedentem, cum patre et filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per sanctos prophetas; unam catholicam et apostolicam ecclesiam; confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum; expectamus [f. 180v] resurrectionem mortuorum, uitam futuri seculi. Amen.

**Et subscripserunt episcopi CL qui in eodem concilio conuenerunt.**

EXPLICIUNT CANON CONSILII CONSTANTINOPOLITANI.

INCIPIUNT REGULAE ECCLESIASTICE PROMULGACĒ A CALCHAEDONENSIS SANCTO CONCILIO NUMERO XXVII.

**De canonibus uniuscuiusque concilii.**

Regulas sanctorum patrum per singula nuncusque concilia constitutas proprium robur obtinere decreuimus.

**Quod non oporteat episcopos aut quemlibet ex clero per pecunias ordinari.**

Si quis episcopus per pecuniam fecerit ordinationem et sub praecio redigerit gratiam, quae non potest uendi, ordinauitque per pecunias episcopum aut presbiterum aut diaconum uel quemlibet ex his qui connumerantur in clero, aut promouerit per pecunias dispensatorem aut defensorem uel quemquam qui subiectus est regulæ, pro suo turpissimi lucri quomodo {*corr.* comodo}, is cui hoc adtemptanti probatum fuerit proprii gradus periculo subiacebit, et qui ordinatus est nihil ex hac ordinatione uel promotione, quae est per negotiationem facta, proficiat, sed sit alienus ea dignitate uel sollicitudine quam pecuniis quaesiuit. Si quis uero mediator tam turpibus et nefandis datis uel acceptis extiterit, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat; siue uero laicus aut monachis anathematizetur.

**Quod non oporteat episcopos, clericos et monachos predia aliena conducere.**

Michael D. Elliot, January, 2011

[f. 181r] III. Peruenit ad sanctam synodum quod quidam qui in clero uidentur allekti propter lucra turpia conductores alienarum possiessionum {*corr.* possessionum} fiant et seculari a negotia sub cura sua suscipiant, dei quidem ministerium paruipendentes, secularium uero discurrentes domos, et propter auaritiam patrimoniorum sollicitudines sumentes. Decreuit itaque sanctum hoc magnumque concilium nullum deinceps, non episcopum, non clericum uel monachum, aut possessiones conducere aut negotiis saecularibus se misceri, praeter pupillorum, si forte leges inponant, inexcusabilem {*corr.* inexcusabilem} curam; aut ciuitatis episcopus ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere praecipiat, aut orphanorum et uiduarum eorumque quae sine ulla prouisione sunt prosonarum, quae maximae ecclesiastico indigent adiutorio, propter timorem domini causa deponat. Si quis autem transgredi de cetero statuta temptauerit, huiusmodi ecclesiasticis increpationibus subiacebit.

**De honore monachis competente, et ut nullus eorum temtet ecclesiastica aut secularia inquietare negotia nec alienum seruum praeter conscientiam dominici suscipere.**

III. Qui uere et sincere singularem sectantur uitam competenter honorentur; quoniam uero quidam utentes habitum monachi ecclesiastica negotia ciuilia quae {*corr.* ciuiliaque} conturbant, circumeuntes indifferenter urbes necnon et monasteria sibi instituere temtantes, placuit nullum quidem usquam aedificare aut constituere [f. 181v] monasterium uel oratorii domum praeter conscientiam ciuitatis episcopi; monachus {*corr.* monachos} uero per unamquamque ciuitatem aut regionem subiectos esse episcopo et quietem diligere et intentos esse tantummodo ieiunio et orationi in locis quibus renuntiauerunt saeculo permanentes. Nec ecclesiasticis uero nec saecularibus negociis communicent uel in aliquo {*sic*} sint molesti, propria monasteria deserentes, nisi forte his praecipiat propter opus necessarium ab episcopo ciuitatis. Nullum uero recipere in monasteriis seruum obtentu monachi praeter sui domini conscientiam. Transgradientem uero hanc definitionem nostram excommunicatum esse decreuimus, ne nomen dei blasphemetur. Uerumtamen episcopum conuenit ciuitatis competentem monasteriorum prouidentiam gerere.

**Non transmigrandum de ciuitate in ciuitatem.**

V. De his qui transmigrant de ciuitate in ciuitatem episcopis aut clericis, placuit ut canones qui de hac re a sanctis patribus statuta sunt habeant propriam firmitatem.

**Quod non oporteat absolute quoslibet ordinari.**

VI. Nullum absolutae {*corr.* absolute} ordinari debere praesbyterum aut diaconum nec quemlibet in gradu ecclesiastico nisi especialiter {*corr.* specialiter} ecclesiae ciuitatis aut possessiones {*corr.* possessionis} aut martyrii aut monasterii qui ordinandus est pronuntietur. Qui uero absolute ordinantur, decreuit sancta synodus irritam haberi huiusmodi inposi[f. 182r]tionem et nusquam posse ministrare ad ordinantis iniuriam.

**De clericis et monachis non manentibus in suo preposito. VII.**

Qui semel in clero deputati sunt aut monachorum uitam expetiuerunt, statuimus neque ad militiam neque ad dignitatem aliquam uenire {*corr.* uenirent} mundanam, aut hoc temtantes et non agentes paenitentiam quominus redeant ad hoc quod propter deum primitus elegerunt, anathematizari.

**De clericis qui sunt in pthoicis, monasteriis atque martyriis, quae sub potestate episcoporum uniuscuiusque ciuitatis existunt.**

Michael D. Elliot, January, 2011

VIII. Clerici qui præficiuntur pthociis {*corr.* pthoiciis} uel qui ordinantur in monasteriis et basilicis martyrum, sub episcoporum qui in unaquaque ciuitate sunt, secundum sanctorum patrum traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciam ab episcopo suo dissiliant. Qui uero audente uetere {*corr.* audent euertere} huiuscemodi formam quocumque modo, nec proprio subiciuntur episcopo, si quidem clerici sunt, canonum correptionibus subiacebunt; si uero laici uel monachi fuerint communione priuentur.

**Quod non oporteat clericos, habentes aduersos inuicem negotia, proprium episcopum relinquere et ad secularia iudicia conuolare. VIII.**

Si quis clericus aduersum clericum habet negotium, non deserat episcopum proprium et ad saecularia percurrat iudicia, sed prius actio uentiletur apud episcopum [f. 182v] proprium uel certe consilio eiusdem episcopi, apud quos utreque partes uoluerint, iudicium continebunt. Si quis autem praeter haec fecerit, canonicis correptionibus subiacebit. Quod si clericus habet causam aduersus episcopum proprium uel aduersus alterum, apud synodum prouinciae iudicetur. Quod si aduersus eiusdem prouinciae metropolitanum episcopus uel clericus habet querellam {*corr.* querelam}, petat primatam {*corr.* primatem} dioceseos aut sedem regiae urbis Constantinopolitanae, et apud ipsum iudicetur.

**Quod non liceat clerico in duarum ciuitantium ecclesiis ministrare.**

X. Non licere clericum in duarum ciuitatum conscribi simul ecclesiis, et in qua initio ordinatus est et ad quam confugit quasi ad potioem ob inanis gloriae cupiditatem. Hoc autem facientes reuocari debere ad suam ecclesiam in qua primitus ordinati sunt, et ibi tantummodo ministrare. Si uero iam quis translatus est ex alia in aliam ecclesiam, prioris ecclesiae, uel martyriorum quae sub ea sunt, aut pthociorum, aut xenodociorum rebus in nullo communicent; eos uero qui ausi fuerint post definitionem magnae et uniuersalis huius synodi quicquam ex his quae sunt prohibita perpetrare, decreuit sancta synodus a proprio huiusmodi gradu recedere.

**Quod oporteat aegenus epistolia tribui, honestiores autem commendaticiiis litteris approbari.**

XI. Omnes pauperes et indigentes auxilio, cum proficiscuntur sub probatione, epistolis uel ecclesiasticis [f. 183r] pacificis tantummodo commendari decreuimus et non commendaciis litteris, propter commendaticias litteras honoratioribus tantummodo praestari personis conueniat.

**Ut nequaquam in duos metropolitanos prouintia diuidatur.**

XII. Peruenit ad nos quod quidam praeter ecclesiastica statuta facientes conuolarunt ad potestates et per pragmaticam formam in duo unam prouinciam diuiserunt, ita ut ex hoc facto duo metropolitani esse uideantur in una prouincia. Statuit ergo sancta synodus de relico {*corr.* relicqo (*sic*)} nihil ab episcopis tale temptari, alioquin qui hoc adnitus fuerit amissione gradus proprii subiacebit. Quaecumque uero ciuitates litteriis imperialibus metropolitani nominis honori subnixae sunt, honore tantummodo perfruantur, et qui ecclesiam eius gubernat episcopus, saluis scilicet uere metropolis priuilegiis suis.

**Quod non oporteat peregrinos clericos sine commendaticiiis ministrare.**

XIII. Peregrinos clericos et lectores in alia ciuitate praeter commendaticias litteras sui episcopi nusquam paenitus ministrare debere.

Michael D. Elliot, January, 2011

**Quod non liceat clerico uxorem sectice alterius acipere. XIII {sic}.**

Quoniam in quibusdam prouinciis concessum est lectoribus et psalmistis uxores ducere, statuit [f. 183v] sancta synodus non licere cuiquam ex his accipere sectę alterius uxorem. Qui uero ex huiusmodi coniugio iam filios susceperunt, si quidem praeuenti sunt ut ex se genitos apud hereticos baptizarentur, offerre eos ecclesiae catholice communioni conueniat; non baptizatos autem non posse ulterius apud hereticos baptizari. Sed neque copulari debet nuptura heretico, Iudeo uel pagano, nisi forte promittat ad orthodoxam fidem se persona orthodoxę copulanda transferrę. Si quis autem hanc definitionem sanctę synodi transgressus fuerit correptione {corr. correptioni} canonicę subiacebit.

**De diaconissis mulieribus.**

XV. De diaconissam non ordinandam ante annum quadragesimum, et hanc cum sum {corr. summo libramine} molibramine. Si uero suscipiens manus inpositionem et aliquantum temporis in ministerio permanens semetipsum {corr. semetipsam} tradat nuptias {corr. nuptiis}, gratiæ dei contumeliam faciens, anathematizetur huiusmodi cum eo qui eidem copulatur.

**De uirginibus.**

XVI. Uirginem quae se deo domino consecrauit, similiter et monachum, non licere nuptialia iura contrahere. Quod si hoc inuenti fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decreuimus {sic} [f. 184r] ut habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus misericordiam humanitatem quae {corr. humanitatemque} largiri.

**De paroeciis {corr. paroeciis}.**

XVII. Singularum ecclesiarum rusticas parroechias uel in possessionibus manere inconcussas illis episcopis qui eas retinere noscuntur, et maximae si per tricennium {corr. trigennium} eas abque {sic} ui obtinentes sub dispensatione reseruant. Quod intra tricennium {corr. trigennium} facta de his uel fiat altercatio, licere eis qui se lesos adserunt apud sanctam synodum prouinciae de his mouere certamen. Quod si quis a metropolitano læditur, apud primatem dioceseos aut apud Constantinopolitanam sedem iudicetur, sicut superius dictum est. Si qua uero ciuitas potestate imperiali nouata est, aut si protinus {add. s.l. innouentur}, ciuiles dispositiones et publicas ecclesiasticarum parroeciarum ordines subsequantur.

**De coniuratione uel conspiratione. XVIII.**

Coniurationis uel conspirationis crimen et ab exteris legibus est omnino prohibitum; multo magis hoc in dei ecclesia ne fiat admonere conueniat. Si qui ergo clerici uel monachi repperti fuerint coniurantes aut conspirantes aut insidias ponentes episcopis aut clericis, gradu proprio poenitus abiciantur.

**Quod oporteat per prouincias bis in anno concilia caelebrari. XVIII.**

[f. 184v] Peruenit ad aures nostras quod in prouinciis statuta episcoporum concilia minime cælebrentur, et ex hoc plurima neglegantur ecclesiasticarum causarumque correctionis indigent. Decreuit itaque sancta synodus secundum canones patrum bis in anno episcopus in idipsum in unamquamque prouinciam conuenire quo metropolitanus antistes probauerit, et corrigere singula si qua fortassis emergerint. Quicumquae uero non aduenerunt {corr. aduenerint} episcopi resident autem in suis ciuitatibus, et hoc in sua incolumitate consistunt, omnique inexcusabili et necessaria occupatione probantur liberi, fraterno corripiantur affectu.



**Quod minime clericos transmigrari conueniat.**

XX. Clericos in ecclesia ministrantes, sicut iam constituimus, in alterius ciuitatis ecclesiam statutos fieri non oportet, sed contentos esse in quibus ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis qui proprias amittentes prouincias ex necessitate {*corr.* necessitate} ad aliam ecclesiam transierunt. Si quis autem episcopus post hanc definitionem susceperit clericum ad alium episcopum pertinentem, placuit et susceptum et suscipientem communionem priuari donec his [f. 185r] qui migrauerat clericus ad propriam fuerit regressus ecclesiam.

**De episcoporum aut clericorum accusatoribus.**

XXI. Clericos aut laicos accusantes episcopos aut clericos, passim et sine probatione ad accusationem recipi non debere nisi prius eorum discutiatur existimationis opinio.

**Quod non liceat clericis post mortem sui episcopi res ad eum pertinentes diripere.**

XXII. Non licere clericis post obitum sui episcopi res ad eum pertinentes diripere, sicut antiquis quoque est canonibus constitutum. Quod si hoc facere temptauerint, graduum suorum periculo subiacebunt.

**De clericis et monachis qui praeter uoluntatem sui episcopi ad urbem regiam Constantinopolim ueniunt.**

XXIII. Uenit ad aures sancti conlii {*sic*} quod quidam clerici et monachi, quibus nil ab episcopo suo commissum est—est autem quando et communionem ab eo priuantur—peruenientes ad urbem regiam Constantinopolitanam, in ea diutius immorentur excitantes turbas et statum ecclesiasticum commouentes, subuertentes etiam quorundam domus. Decreuit sancta synodus, huiusmodi primo quidem per defensorem Constantinopolitanae sanctae ecclesiae commoneri {*corr.* commoveri} ut egrediantur ad {*sic*} urbe regiam. Quod si hisdem negotiis inpudenter [f. 185v] insistant, etiam nolentes idem defensor expellat, ut ad propria loca perueniant.

**Quod non liceat monasteria que consecrata sunt diuersoria saecularia fieri. XXIII.**

Quae semel dedicata sunt monasteria, consilio episcoporum maneant perpetuo monasteria, et res quae ad ea pertinent monasteriis reseruari, nec posse ea ultra fieri saecularia habitacula. Qui uero hoc fieri permiserint canonum sententiis subiacebunt.

**Quod non oporteat ordinationes episcoporum diu differre. XXV.**

Quoniam quidem {*corr.* quidam} metropolitanorum, quantum conperimus, negligunt commissos sibi greges et ordinationes episcoporum facere differunt, placuit sanctae synodo intra tres menses ordinationes episcoporum caelebrari, nisi forte necessitas inexcusabilis prepararet tempus dilationis extendi. Quod si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticae subiacebit. Uerumtamen reditus ecclesiae uiduatæ penes oeconomum {*corr.* oeconomium} eiusdem ecclesiae integri reseruentur.

**De dispensatoribus singularum ecclesiarum.**

XXVI. Quoniam in quibusdam ecclesiis, ut rumore conperimus, praeter oeconomum episcopi facultates ecclesiasticas tractant, placuit omnem ecclesiam habentem episcopum habere oeconomum [f. 186r] de clero proprio qui dispenset res ecclesiasticas secundum sententiam episcopi proprii, ita ut ecclesiasticae dispensatio praeter testimonium non sit, et ex hoc

Michael D. Elliot, January, 2011

dispergantur ecclesiasticae facultates, et sacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quod si hoc minime fecerit, diuinis constitutionibus subiacebit.

**De his qui rapiunt puellas.**

XXVII. Eos qui rapiunt mulieres, sub nomine simul habitandi, cooperantes aut conhibentes raptoribus, decreuit sancta synodus ut siquidem clerici sunt decident gradu proprio, si uero laici anathematizentur.

Gregorius apostolicus papa ante corpus memoratum uenerabilis Christi apostolorum principis inferendo sententiam dixit:

I. Si quis presbyteram duxerit in coniugio, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: anathema sit.

II. Si quis diaconam duxerit in coniugio, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: anathema sit.

III. Si quis monacham, quam dei ancillam appellant, in coniugio duxerit, anathema sit. Et responderunt.

IIII. Si quis commatrem duxerit in coniugio, anathema sit. Et responderunt.

[f. 186v] V. Si quis frater uxorem duxerit in coniugio, anathema sit. Et responderunt.

VI. Si quis neptem duxerit in coniugio, anathema sit. Et responderunt.

VII. Si quis nouercam aut norum {*corr.* nurum} suam duxerit in coniugio, anathema sit. Et responderunt.

VIII. Si quis consubrinam duxerit in coniugio, anathema sit. Et responderunt.

VIII. Si quis de propria cognatione uel quam cognatus habuit duxerit in uxorem, anathema sit. Et responderunt.

X. Si quis uiduam furatus fuerit in uxorem uel consentientibus ei, anathema sit. Et responderunt.

XI. Si quis uirginem, nisi desponsauerit, furatus fuerit in uxorem uel consentientibus ei, anathema sit. Et responderunt.

XII. Si quis ariolis, aruspibus, uel incantatoribus obseruauerit aut filacteria usus fuerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: anathema sit.

XIII. Si quis in quoquam partem ue praecepta ante emissa apostolicae ecclesiae de oliuetis et locis diuersis temerauerit, et non in omnibus obseruauerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: anathema sit.

Michael D. Elliot, January, 2011

XIII. Hadriano filio Exhilarati, qui post praestito sacramento in apostolica confessione Epiphaniam diaconam inlicito ausu in uxorem [f. 187r] habet, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: anathema sit.

XV. Epiphania diacona, qui post praestito sacramento cum Adriano Exhalarati filio fuga lapsa est in uxorem, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: anathema sit.

XVI. Si quis eis in tam crudelias sensum praebuerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio.

XVII. Si quis ex clericis laxauerit comam, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: anathema sit.

Gregorius episcopus sanctae catholicae atque apostolicae Romanae ecclesiae huic constituto a nobis promulgato suscripsi.

Agnellus episcopus sanctae ecclesiae Ferentinensis huic constituto a nobis promulgato suscripsi.

Iohannes episcopus humilis sanctae ecclesiae Belliternensis huic constituto a nobis promulgato suscripsi.

Ego Uitalis episcopus sanctae ecclesiae Alatrinenſis huic constituto.

Oportunus gratia dei episcopus sanctae ecclesiae Maturianensi {sic} huic constituto.

Martinianus episcopus sanctae ecclesiae Gauenatis huic constituto.

Georgius episcopus sanctae ecclesiae Portuenses huic.

Tiberius episcopus sanctae ecclesiae Silue Candide huic constituto a nobis promulgato.

[f. 187v] Ego Gregorius episcopus sanctae ecclesiae Anagnine huic constituto.

Georgius episcopus sanctae ecclesiae Nepsinenſis huic constituto a nobis promulgato.

Iohannes indignus episcopus sanctae ecclesiae Signinae huic constituto a nobis.

Andreas episcopus sanctae ecclesiae Abbanensis {corr. Albanensis} huic constituto a nobis promulgato suscripsi.

Agnellus peccator episcopus sanctae ecclesiae Sutrine huic constituto.

Tribunus {corr. Tribunatius} indignus episcopus sanctae ecclesiae Falaritanae huic constituto a nobis.

Anastasius episcopus sanctae ecclesiae Tiburtine huic constituto a nobis promulgato suscripsi.

Michael D. Elliot, January, 2011

Iohannes episcopus sanctae ecclesie Blerane huic constituto.

Uuillari episcopus sancte ecclesie Narniensis huic constituto a nobis.

Sergius gratia dei episcopus sanctae ecclesie Penestrine huic constituto a nobis.

Petrus humilis episcopus sanctae ecclesie Amerinae huic constituto a nobis.

Maiorinus episcopus sanctae ecclesie Polimartii huic constituto a nobis.

Sinderedus episcopus ex Hispania huic constituto a nobis promulgato suscripsi.

Sedulius episcopus de genere Scottorum huic constituto.

Fergustus episcopus Pictus huic constituto a nobis promulgato suscripsi.

ET SUSCRIPSERUNT XVII {*add. s.l.* episcopi} QUI IN EODEM CONCILIO  
CONUENERUNT.

[f. 188r] ITEM SUSCRIPTIO PRÆSBYTERORUM.

Sisinnius humilis presbiter sanctae Romanae ecclesie tituli Sancti Laurenti, qui appellatur  
Lucine, huic constituto a nobis promulgato.

Iohannes presbiter sanctae Romane ecclesie tituli Sanctae Ceciliae huic constituto.

Sisinnius presbiter sanctae Romane ecclesie tituli Sancti Sixti huic constituto.

Huhannes {*corr.* Iohannes} presbiter tituli Sancti Marcelli huic constituto a nobis.

Iohannis humilis presbiter sanctae Romane ecclesie tituli Sanctae Susannae huic constituto.

Eustratius humilis presbiter sanctae Romane ecclesie tituli Sanctae Anastasiae huic constituto.

Georgius inmeritis presbiter sanctae Romane ecclesie tituli Sanctorum Iohannis et Pauli huic  
constituto a nobis.

Thalius humilis presbiter sanctae Romane ecclesie tituli Sancte Dei Genetricis, qui appellatur  
Calisti trans Tiberi {*sic*}, huic constituto.

Martinus humilis presbiter sanctae Romanae ecclesie tituli {*sic*} huic constituto.

Constantinus presbiter sanctae Romane tituli Cyriaci huic constituto.

Gregorius humilis presbiter sanctae Romanae ecclesie tituli Sancti Clementi huic constituto a  
nobis promulgato suscripsi.

Michael D. Elliot, January, 2011

Epiphanius humilis presbiter sanctæ Romane [f. 188v] ecclesie tituli Sancti Laurenti, q̄a Damasi, huic constituto.

Marinus indignus presbiter sanctæ Romane ecclesie tituli Apostolorum huic constituto.

Iohannes humilis presbiter sanctæ Romane ecclesie tituli Sanctæ Priscæ huic constituto a nobis promulgato suscripsi.

ET SUBSCRIPSERUNT XIII PRESBITER QUI IN EODEM CONCILIO CONUENERUNT.

Petrus indignus archidiaconus sanctæ sedis apostolicæ huic constituto.

Gregorius indignus et humilis diaconus sanctæ sedis apostolicæ huic constituto a nobis promulgato suscripsi.

Muschus humilis diaconus sanctæ sedis apostolicæ huic constituto a nobis promulgato suscripsi.

Benedictus indignus diaconus sanctæ sedis apostolicæ huic constituto a nobis promulgato suscripsi.

ET SUBSCRIPSERUNT IIII DIACONI QUI IN EODEM CONCILIO CONUENERUNT.